omisso δ'. Verum quantivis pretii est medicina ultimo versui ejusdem fragmenti allata ab Nækio, in Funckeï libello, uti suspicor, prodita

Καὶ γάρ οἱ Ἄτης τε καὶ Ἰβριος αἰσ' αἶμ' ὀπηδεῖ.

Idem Düntzerus, cui hujus emendationis notitiam debeo, in fragmento 15, v. 4, ante me conjecerat ἀνάγκη. Ceterum ejus viri, in bonis literis demerendis impigerrimi, collectionem fragmentorum epicorum utilissimam magis etiam probaremus, si vetera editio-
num vitia paullo diligentius cavisset; nam vitiosa multa reliquit dudum vel ex codicibus correctâ vel a felicibus ingeniis instaurata. In Germaniæ oppidis prompta cuivis et parata est criticorum librorum copia beatissima; in Urbe nostra hæ scilicet nugæ, nisi possideas ipse, cum summa difficultate et temporis dispendio immani colliguntur. Damnum aliquatenus resarcit manuscriptorum codicum thesaurus, et Conservatorum ejus ardor admirabilis ea studia graviter adjuvandi, quæ recto judicio institui cognoverunt. Vel harum plagularum tenuitas Illorum largam voluntatem testabitur.

FR. DÜBNER.

Parisiis, a. d. X kal. aprilis.



ASII SAMII

FRAGMENTA.

Asius Samius, Amphiptolemi filius, non traditur a scriptoribus quo tempore vixerit. Sed Pausanias (IV, 2, 1) et Apollodorus (Bibl. III, 8, 2) ex carminibus ejus testimonia petentes eadem memorant Hesiodi Ecceas, Eumelum, Naupactia et Cinæthonem; Athenæus ipsius nomini verba addit τὸν παλαιὸν ἔκινον: quare dudum ab omnibus inter antiquos Epicos relatus est. Pausanias quo dixi loco se legisse testatur ὅσα Κιναιθῶν καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησαν. Scripsit igitur (ut verbo jam indicavit G. J. Vossius De poetis Græcis p. 85) Asius γενεαλογίας, sive hunc sive alium scriptioni indicem dederit vel ipse vel grammatici. Ætatem ejus O. Müllerus (de Minerva Poliade p. 41) ad decimam fere olympiadem refert; qua olympiade non multo certe posterioriorem vixisse eum videri concedit Welckerus (de Cyclo epico p. 144). Opportune autem observavit Bodius (Hist. poeseos Græcæ vol. 1, p. 492), poetam jam elegiacis numeris usum, ab nemine tamen inter auctores elegiæ memorari: non posse igitur illum ante Callinum poni et Archilochum; posse florem ejus referri ad *olympiadem vicesimam*, circa annum 700 a. Chr. n. Ceterum recte Nækius (de Chæriilo p. 64) Asium inter illos Epicos recensuisse videtur qui Homericum sermonem, simplicitatem Homericam quam proxime sint secuti.

Prima ponimus fragmenta genealogici argumenti.

1.

Pausanias II, 6, 2: Λαμῆδων γὰρ ὁ Κορώνου βασιλεύσας μετὰ Ἐπωπείᾳ ἐξέδωκεν Ἀντιόπην· ἣ δὲ ὡς ἐς Θήβας ἦγετο τὴν ἐπ' Ἐλευθερῶν, ἐνταῦθα καθ'

1.

Lamedon, Coroni filius, Epopei in regno successor, ultro Antiope Lyci dedit. Quæ quum Thebas reduceretur, in ipsa, quæ Eleutheræ ducit, via filios peperit. Ea de re versus hosce fecit Asius Amphiptolemi filius:

Antiope peperit Zethum atque Amphiona dium,
Asopo celeri currenti vortice nata:

Jupiter hos genuitque simul regnator Epopeus.

ὄδῳν τίχτει· καὶ ἐπὶ τούτῳ πεποίηκεν Ἄσιος ὁ Ἀμφιπολέμου·

Ἀντιόπη δ' ἔτεκε Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα διόν
Ἄσωπού κούρη ποταμοῦ βαθυδιήεντος,
Ζηνὶ τε κωσαμένη καὶ Ἐπωπείᾳ ποιμένι λαῶν.

Hoc loco duo tantum codices (inter quos optimus Parisinus) Ἀμφιπολέμου, in quo consentiunt pæne cuncti VII, 4, 2. Ceteri Ἀμφιπολ. In omnibus autem Asii nomen sic corruptum, Ἄγις. V. i codd. x' ἀμφίονα. Nækius (de Chæriilo p. 76) ob crasin in epica poesi inauditam proposuit Ζῆθόν τ' Ἀμφιόνά θ' υἷόν. Sane non supersunt in versibus epicis ejusdem modi craseos exempla alia: sed quoniam antiquus poeta scilicet celeberrimi ἐθλίψιν multo etiam insolentiorum admittere non dubitavit, ὅσπερ Ἀρμόδιος x' Ἀριστογέλτων, non est cur in eodem genere ἀμφίονα repudietur.

2.

Idem VIII, 1, 2: Πεποίηται δὲ Ἄσιψ τοῖςδε ἐς αὐτόν (Pelasgum):

Ἀντίθεον δὲ Πηλασγὸν ἐν διηκόμοισιν ὄρεσσι
Γαῖα μέλαιν' ἀνέδωκεν, ἵνα θνητῶν γένος εἴη.

Pelasgus etiam Hesiodo erat ἀντόχθων.

3.

Strabo VI, p. 265 = 406, B: Δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρησθαι πρότερον Μέτασον, παρωνομάσθαι δ' ὕστερον τὴν τε Μαλανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δίον κομισθῆναι, εἰλεγχειν ἡρῶν

2.

Asius de Pelasgo hæc cecinit:

Montibus alticomis emisit nigra Pelasgum
Tellus dīs similem, sæcli mortalis in ortum.

3.

Existimat Antiochus urbem olim Metabum dictam, postea Metapontium denominatam; Melanippamque non ad

τοῦ Μετάβου, καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν, φήσαντα εἶναι τὸν Βοιωτὸν

Δίου ἐν μεγάροις τέκεν εὐειδῆς Μελανίππη, ὡς πρὸς ἐκείνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς τὸν Μετάβου.

4.

Schol. Ambros. Homeri Odys. Δ, 797, ἰφθίμη κοῦρη κτλ., de sorore Penelopes, ubi alii, Ἰφθίμη, κοῦρη, de nomine proprio cogitantes: Οὕτως ἐκαλεῖτο κυρίως ἡ ἀδελφὴ τῆς Πηνελόπης· Ἄσιος δὲ φησιν·

Κοῦραι τ' Ἰκαρίσιο Μῆδη καὶ Πηνελόπεια.

5.

Pausanias II, 29, 4: Φώκῳ δὲ Ἄσιος ὁ τὰ ἐπη ποιήσας γενέσθαι φησὶ Πανοπέα καὶ Κρίσον, καὶ Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειὸς, ὁ τὸν ἵππον τὸν δούριον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν, ἐργασάμενος· Κρίσου δὲ ἦν ἀπύγονος τρίτος Πυλάδης, Στροφιῶ τε ὦν τοῦ Κρίσου καὶ Ἀναξιβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος.

6.

Idem VII, 4, 2: Ἄσιος δὲ ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος ἐποίησεν ἐν τοῖς ἔπαισι, ὡς Φοίνικι ἐκ Περιμῆδης τῆς Οἰνέως γένοιτο Ἀστυπαλαία καὶ Εὐρώπη, Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀστυπαλαίας εἶναι παῖδα Ἀγκαῖον, βασιλεύειν δὲ αὐτὸν τῶν καλουμένων Λελέγων. Ἄγκαῖον δὲ τὴν θυγατέρα τοῦ ποταμοῦ λαβόντι τοῦ Μαιάνδρου Σαμίαν γενέσθαι Περιλαῖον καὶ Ἐνουδον, καὶ Σάμιον καὶ Ἀλιθέρσην καὶ θυγατέρα ἐπ' αὐτῷ Παρθενόπην· Παρθενόπης δὲ τῆς Ἀγκαῖου καὶ Ἀπόλλωνος Λυκομήδην γενέσθαι. Ἄσιος μὲν ἐς τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔπαισι ἐδήλωσεν.

7.

Idem IX, 23, 3: Προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως (Thebarum) ἐν δεξιά πέντε πού καὶ δέκα σταδίου τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι τοῦ Πτόφου τὸ ἱερὸν· εἶναι δὲ

Metabum, sed ad Diem pervenisse: idque sacello Metabi argui, et Asii poetæ testimonio, qui ait: Boeotum

in Dii formosa domo peperit Melanippe;

ad hunc nimirum adductam innuens Melanippam, non ad Metabum.

4.

Secundum quosdam Penelopes soror vocabatur Iphthimæ; sed Asius dicit:

Filiæque Icarii Meda et Penelope.

5.

Phoco Asius poeta filios fuisse memoriæ prodidit Panopeum et Crisum: quorum e Panopeo natus est Epeus, qui Durateum equum fecit, uti Homerus memorat: Crisi autem nepos fuit Pylades, Strophio, Crisi filio, et Anaxibia Agamemnonis sorore genitus.

6.

Asius, filius Amphiptolemi, Samius, in carminibus epicis scripsit, Phœnici ex Perimeda CEnei filia genitas esse Astypalæam et Europen: Neptuni satu ex Astypalæa natum filium Ancæum, qui Lelegibus dictis populis impera-

Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτόφον, ἀφ' οὗ τῷ τε Ἀπόλλωνι (ἢ) ἐπέκλιθαι καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπαισι εἴρηκεν. Vulgo ὡς Ἄσ. Particulam meliores codd. omnes ignorant. De re conf. O. Müller. Orchom. p. 170.

8.

Apollodorus Bibl. III, 8, 2: Εὐμήλος δὲ καὶ τινες ἕτεροι λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστώ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν νυμφῶν λέγει, Ἄσιος δὲ Νυκτέως Φερεκύδης δὲ Κητέως.

9.

Pausan. V, 17, 4: Ἄσιος δὲ ἐν τοῖς ἔπαισι καὶ Ἀλκμήνῃν ἐποίησε θυγατέρα Ἀμφιαράου καὶ Ἐριφύλης εἶναι.

Codd. Ἀσιος. Correxerit Sylburgius.

10.

Idem III, 13, 5: Θέστιον γὰρ τὸν Ἀθήδας πατέρα Ἄσιος φησιν ἐν τοῖς ἔπαισι Ἀγήνορος παῖδα εἶναι τοῦ Πλευρώνος.

Codd. omnes Ἄριος. Sed adjecta verba, ἐν τοῖς ἔπαισι, quæ jam quater cum Asii nomine conjungi a Pausania vidimus, dubitari non sinunt quin vere conjecerint Palmerius, Hemsterhusius, Valckenarius. Offensioni fuisse librariis Pausaniæ nomen Asii ex illis locis abunde apparet, in quibus substituerunt Ἄγις et Ἀσιος: in nostro quum ACIOC lectum esset AÆIOC, exortus est Ἄριος. Siebelisus de Lacedæmonio poeta, qui Antonino Ἄρεος ὁ Λάκων, ejusque ἄσματι Κύνῳ cogitavit: sed viderit de addito ἐν ἔπαισι, quum Areus ille fuerit lyricus. Ejus sententiam probarunt vel alium nescio quem Ἄριον epicum noverunt recentissimi editores Pausaniæ, qui Ἄγις et Ἀσιον expulerint, reliquerint Ἄριον.

rit. Hunc Mæandri fluvii filiam Samiam uxorem duxisse, quæ ipsi Perilaum, Enudum, Samum, Alithersen, et insuper Parthenopen filiam pepererit. Porro ex Parthenope Ancæi filia Apollini Lycomedem genitum. Hæc versibus testatus est Asius.

7.

Progressus stadia ferme quindecim ab urbe Thebarum, ad dexteram Apollinis Ptoi templum cernis: Ptoum autem Athamantis et Themistis fuisse filium, abs quo Apollini cognomen, et πτόντι nomen datum, Asius in carminibus epicis prodidit.

8.

Eumelus et alii quidem Lycaoni etiam filiam fuisse narrant Callisto: quam Hesiodus Nympham dicit, Asius Nyctei, Pherecydes Cetei filiam.

9.

Asius in carminibus epicis Alcmenam etiam ex Amphiarao et Eriphyllæ genitam tradit.

10.

Thestium enim Ledæ patrem Asius in carminibus epicis prodidit Agenore Pleuronis filio genitum.

11.

Athenæus XII, p. 525, E, F: Περὶ τῆς Σαμίων τρυφῆς Δούρις ἱστορῶν παρατίθεται Ἄσιου ποιήματα, ὅτι ἀφόρου χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίσι, καὶ τὴν ἐορτὴν ἀγοντες τῶν Ἡραίων, ἐδάδιζον κατεκτενισμένοι τὰς κόμας ἐπὶ τὸ μεταφρνον καὶ τοὺς ὤμους· τὸ δὲ νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε, Βαδίζειν Ἡραίων ἐμπεπλεγμένον. Ἔστι δὲ τὰ τοῦ Ἄσιου ἐπη ὅτως ἔχοντα·

Οἱ δ' αὐτως φοιτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο,
εἰς Ἥρας τέμενος, πετυκασμένοι εἴμασι καλοῖς
χιονίοισι χιτῶσι πίδον χθονὸς εὐρέος εἶχον·
χαῖται δ' ἤωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσοῖς ἐνὶ δεσμοῖς·
χρῦσαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὡς·
δαίδαλοι δὲ χλιδῶνες ἀρ' ἀμφὶ βραχίσιον * *
* * * * ἦσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Versus corruptelis et lacunis laborantes corrigi aliquatenus a criticis, sanari non potuerunt. V. 1 cod. Marcianus φοιτεσκον. «Ὅπως ... κτενίσαιντο, ut primum, simul ac, postquam capillos sibi compserunt. Similiter ὄκως cum optativo significationem habet temporalem apud Herodot. I, 17: Ὅκως μὲν εἶη ἐν τῇ γῆ καρπὸς ἀδρός, τῆνικαὶ τα ἐσίβαλλε τὴν στρατιήν. VII, 119: Ὅκως δὲ ἀπύκωτο ἡ στρατιή, σκηπὴ μὲν ἔσχε πεπηγυῖα ἐτολή. » *Bach.* Nimirum in his locis omnibus repetitur factum, quoties eadem res incidunt. — V. 2 codd. Ἥρας. Post hunc versum excidisse videri quædam recte observant Hermannus et Dindorfius. Sequentia uti leguntur, ἀσυνδέτως adjicere non poterant, ceterum nec ipsa, credo, sana. Χιτῶσι πίδον ἔχειν ut intelligi posse confiteor quid hoc loco sibi velit, ita dictum esse a poeta non concedam. Non novit antiquum dicendi genus ejusmodi ambiguum laxitatem. Recte diceretur quod Jacobsius proposuit, χιτῶσι πίδον χθονὸς εὐρὸ ἔσαινον. Nækius (de Cherilo p. 74) conjecit, χιτῶσι πίδου χθονὸς εὐρέος εἶχον, eo sensu, ni fallor, *solum tangebant*; cujus constructionis, inquit, « si quis alia exempla desideret, hoc inter ea numerandum esse puto, quæ etiam sine exemplo ferri possint, præsertim in poeta tam antiquo. » At idem, quum de syntaxi χθονὸς εὐρέος dubitasset, incidens in Homericum ἥδὺς αὐτμή,

jam minus liberalis hæc adjecit (p. 267): « Etsi vel sic dubitatio restat an χθονὸς εὐρέος non dicturus fuisset Asius, quippe cui obversari debebat ex Homero εὐρεῖα χθών. » Imo observabatur *poetæ tam antiquo* linguæ analogia quid ferret, et addendum erat hoc exemplum paucis aliquatenus similibus, si cetera hujus versus sana haberi potuissent. Adeo studium acripit etiam præstantissimos! Hermannus, nisi desit aliquid, hanc emendationem proponit :

πετυκασμένοι εἴμασι καλοῖς,
χιονίοισι χιτῶσι, πίδου χθονὸς εὐρέος ἀχρὶ,

quam recepit Bachius : sed in priore eximii viri sententia acquiescendum erat. Versus 4 et 5 inverso ordine legebantur in codicibus Athenæi, χρῦσαι δὲ ... ὡς· χαῖται δ' ... δεσμοῖς. In quibus ἐπ' αὐτῶν nihil habet quo referri possit apte. Feliciter eos transposuit Nækius : qua transpositione, præter incommoda quibus medetur, etiam elegantia illud aperitur quod in hac repetitione inest : ... χρυσοῖς ἐνὶ δεσμοῖς χρῦσαι δὲ κόρυμβαι κτλ. Tribus deinceps versibus ab eadem litera incipientibus fieri poterat ut unum librarius præteriret, errore animadverso subjiceret alteri. Sed hoc ex antiquiorum codicum forma pendet, de qua ignoro si quid hodie explorari possit : istud vehementer miror, Dindorfium emendationis illius, quocumque te veritas necessaria, ne verbo quidem meminisse. Casaubono debentur hæc δ' ἤωρεῦντ' ἀνέμῳ. Cod. Marc. δ' ὤρευτάνεμῳ, reliqui δωρευτάνεμῳ. Conf. HSteph. Thes. vol. 1, p. 1129 ed. Paris. V. 5 ad verbum sonat, *aurea etiam fastigia super ipsi (comis) erant, cicadis similia* : i. e. etiam summæ comæ in vertice constrictæ erant auro cicadas insidentes referente. Quibus describitur celebris ille Ionum κρόβυλος. Conf. HSteph. in v. Κόρυμβος. — V. 6 codd. δαίδαλοι, quod correxit Dindorfius. Lacunam ubi statuenda sit indicat codicis Marciani scriptura ἀμφὶ βραχίσιον ἦσαντες eo quod sine accentu cernitur postrema. Nam in ejusmodi locis vel leviora indicia non sunt negligenda. Schweighæuserus scripsit : ἀμφὶ βραχίσιον ἦσαν *** ἦσαντες : et ob eandem litterarum repetitionem videri possint media intercidis-

11.

De Samiorum luxu verba faciens Duris, apponit Asii versus, ex quibus patet gestasse illos armillas circa brachia, et festum Junonis agentes incidere solitos esse coma depexa et in cervicem et humeros rejecta. Eiusdemque moris documentum, ait Duris, esse etiam proverbium hoc, *incedere Junoniam implexis capillis*. Sunt autem Asii versus hujusmodi :

FRAGMENTA EPICORUM.

Hi vero procedebant, quum primum cincinnos depexerant,
in Junonis templum, induti amiculis palehris :
niveis tunicis solum latæ terræ tenebant ;
et capilli vento agitabantur sub aureis vinculis,
aureique corymbi superne erant cicadis similes,
et affabre factæ armillæ circa brachia ...
..... clypeo tectum bellatorem.

se, quod nimis sæpe factum. Dindorfius maluit: ... ἦσαν *** τας, quanquam criticum egregium hoc concedere puto, ἦσαν, ut res nunc sunt, valde incertum esse, ante τας autem lacunam pro arbitrio potius quam ex indicio aliquo constitui. Ceteri codd. ἀμφιβραχίῳσι νήσαντες. « Hinc quod erui (inquit Nækius),

Δαιδάλειοι δὲ χλιδῶνες

ἀμφιβραχίονισαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν, verum efficit rotundissimum, et jocosa [!] Asii magniloquentia dignissimum est. Cognata περιβραχίωνιον, βραχίονιστήρ suppeditat HSteph. in Thesaurο. Particula ἀρ' indicium fortasse habet vocis, quæ olim legebatur, ἀριπρεπής, aut ἀρηρότης. Nisi hoc merum librariorum additamentum est ad explendum versum. Nam verbum ἀμφιβραχίονισαντες quum mature corruptum fuisset, jam olim exstittisse videntur qui inde exculperent hæc verba, ἀμφι βραχίονισαν ἦσαν. Poetæ, quod in ultimis verbis inest, acumen miror fugere potuisse viros eruditos. Quæ lucem capiunt ex versu secundo. Ὑπασπίδιον πολεμιστήν eum jocosè appellat Asius, qui veste utitur longa, ad terram pertinente. Homerus, ὑπασπίδια προβιδῶντος. » Fateor mihi, quum sæpius legissem Nækii egregium librum, numquam blanditos esse illos χλιδῶνας ἀμφιβραχίονισαντας ὑπασπίδιον πολεμιστήν. Ἀμφιβραχίονισαντες non potest quin proprie significet, *brachiis suis cingere vel cingere tanquam brachiis*. Nam βραχίονιστήρ, *armilla*, alioqui Plutarcho antiquiorem testem non habens, minime probat verbum βραχίονισαν significasse, *brachium cingo*. Unum inveni quod cum specie aliqua comparari possit, apud Phrynichum Bekkeri p. 58, 3 : Περιπλευρούεις : σημαίνει τὸ περιπλακῆναι καὶ συγχομηθῆναι. Sed finge περιβραχίονισαντες, περισεαλλίζαντες, et diversa res est : nam amplectimur brachiis, quod menti prius se offert quam cinctus brachii. Illo autem confugere non licet, ἀμφιβραχίονισαντες esse ἀμφιβραχίονισαντες *instruere*, ut est περικράνιον, περιτραχήλιον : usu enim confirmata et frequentata ejusmodi vocabula esse debent, antequam verba inde fingi possint, quorum sensus ex composito substantivo pendeat : at ἀμφιβραχίονισαντος nullum usquam vestigium. Quare secundum conjecturam illam ita jam necesse est loquatur Asius, « χλιδῶνες bellatorem *circumbrachiant*, » verbo non audacius nec nove magis ex Plinii *brachia-*

tis arboribus decerpto. In quo illud merito interrogamus viros doctos qui eam conjecturam probarunt et in ipsa verba poetæ admiserunt, quidnam judicaverint de Duride. Is enim παρατίθεται Ἀσίου ποιήματα, in quibus narretur ὅτι ἐφόρου χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίονισαντες : at hoc quis efficiat ex illis, χλιδῶνες ἀμφιβραχίονισαντες πολεμιστήν? Bellum sane historicum aut antiquarium ageret, metaphorica dicendi genera cui hoc modo placeret accipere. Faceta is deprehenderet in hoc Ennii, [flavo.

Verrunt extemplo placidom mare marmore

Superest in versu 6 particula ἀρ', de qua Nækius, « inane versus fulcrum est, quale ab Asio profectum esse vix potuit. » Vere dictum videtur ; sed non ita habito in Epicis ut de hac re pronuntiem. « Indicium fortasse habet vocis quæ olim legebatur, ἀριπρεπής aut ἀρηρότης. » Hermannus, ἀρηρότης ἀποστέρωθεν, Bachius ἀριπρεπής ἐφάνθησαν, probato Nækii ἀμφιβραχίονισαντες. — Sine dubio cum ironia quadam pingit Asius illam pompam Junoniam, sed « jocus » hinc abest.

12.

ELEGIÆ.

Athenæus III, p. 125, B et D : Κνισολοίχος τις εἶ καὶ κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον τὸν παλαιὸν ἐκείνον καὶ κνισοκόλαξ. . . Ἐξήτει ὁ Οὐλίπιανός . . . τίνα ἐστὶ τὰ τοῦ Ἀσίου ἐπη τὰ περὶ τοῦ κνισοκόλακος. Τὰ μὲν οὖν τοῦ Ἀσίου, ἐπη ὁ Μυρτίλος, ἐπη ταῦτ' ἐστὶ :

Χωλὸς, στιγματίης, πολυγῆρας, ἴσος ἀλήτη,
ἦλε κνισοκόλαξ, εὐτε Μέλης ἐγάμει,
ἀκλήτος, ζωμοῦ κεχηρημένος· ἐν δὲ μέσοισιν
ἦρος εἰστήκει βορβόρου ἐξανάδς.

V. 2 articulum addidit Schweighæuserus ex Marciano, ut ait, codice et editis : sed recte Dindorfius codicis mentionem omisit. Laur. ἦλεν xv., epitome ἦλε xv. Etiam in minore codicum auctoritate scriptura sine articulo præferenda fuisse videtur : sed antecedentium interitus certum in hac re iudicium non admittit. — Meles ille, in cujus nuptias ingruit κνισοκόλαξ, dubitari non potest quin sit fluvius ad Smyrnam ; idem salse dicitur heros et adesse cæno egressus. Hæc vere observasse Welckerus (de Cyclo epico p. 144 sq.) etiam illis omnibus videbitur, qui aliter statuent de ceteris ibidem explicatis.

12.

Samius poeta Asius, antiquus ille, dixit κνισοκόλαξ (adipis causa adulator), in his versibus :

Claudus, notis inustus, vetulus, mendico similis,
venit Cniscocolax, nuptias quum celebraret Meles,
invocatus, jusculi indigens : in mediis vero
constitit heros, e cæno quum emersisset.

PISANDRI

FRAGMENTA.

De Pisandro Suidas : Πεισανδρος, Πεισωνος και Ἀρισταίμας, Καμειραῖος, ἀπὸ Ῥόδου· Κάμειρος γὰρ ἦν πόλις Ῥόδου· καὶ τινες μὲν αὐτὸν Εὐμόλπου τοῦ ποιητοῦ σύγχρονον καὶ ἐρώμενον ἱστοροῦσι· τινὲς δὲ καὶ Ἡσιόδου πρεσβύτερον· οἱ δὲ κατὰ τὴν λγ' Ὀλυμπιάδα τάττουσιν. Ἔσχε δὲ καὶ ἀδελφὴν Διόκλησιαν. Ποιήματα δὲ αὐτοῦ Ἡράκλεια, ἐν βιβλίοις β'. Ἔστι δὲ τὰ Ἡρακλέους ἔργα· ἐνθα πρῶτος Ἡρακλεῖ ῥόπαλον περιτέθεικε· τὰ δὲ ἄλλα τῶν ποιημάτων αὐτοῦ νόθα δοξάζεται, γενόμενα ὑπὸ τε ἄλλων καὶ Ἀριστέως τοῦ ποιητοῦ.

Prodigia illa, cum Eumolpo vixisse Pisandrum vel ante Hesiodum, de altero quodam Pisandro accipienda, ut infra apparebit.

De olympiade 33 vel anno 648 a. Chr. n. nihil est quod repugnet quin eo tempore Pisander vixisse dicatur. Carmen ipsum post olympiadem 37 compositum statuit O. Müllerus (Doriens. vol. II, p. 477), ob Autæi mythum ex Cyrenensium fabulis derivatum; de Antæo autem rem acu tetigisse videtur idem Müllerus (vol. I, p. 452): « Mihi dubitatio nulla est quin Herculis illa lucta cum Antæo Terræ filio, e matris tactu novas usque vires colligente, sit Græcorum colonorum pugna cum Libyæ catervis, sæpe victis, sed iterum iterumque ex deserto in victores erumpentibus.» Adde eundem Minyis p. 346.

In rerum tractatione primum illud nos advertere debet, universum gestorum Herculis ambitum duobus modo voluminibus fuisse comprehensum: unde apparet et episodiis, longioribus certe, prorsus abstinuisse Pisandrum, et concinnitati in ponendo toto valde studuisse.

Quare tractandarum fabularum egit delectum, Bœoticas et Doricas (observante Müllero Dor. vol. II, p. 476 sq.) plane, ut videtur, omittens; reliquarum eas formas sive deligens sive adeo fingens ipse, quæ Herculis quale informaverat ingenio essent accommodatissimæ. Hinc heroem θυμολέοντα non tulit habitu pugnantium in campo Scamandrio peragrare orbem cum hasta, scuto et lorica, vel uti sagittis, et quæ sunt alia infra in ipsis fragmentis commemoranda: ex iisdem intelligitur illum, quæ postea invaluerunt apud plurimos, suo tempore novasse, maximo, ut nobis persuasum est, carminis sui commodo. Ac dolendum est in poeta qui suo potius iudicio rem administravit quam mythorum suavitati se permitteret narratorem, ne talia quidem argumenta ad nos pervenisse qualia sunt Cycli. Pisinus Lindius, ex cuius carminibus Heracleam a Pisandro compilatam affirmat Clemens Alex. (Strom. VI, p. 751), quis homo fuerit hodie prorsus ignotum est, certum vero malam fidem aut errores illi famæ originem dedisse.

Omissis grammaticorum locis qui sunt de laude Pisandri ab Alexandrinis in Canonem recepti, ponimus Theocriti versus, Epigr. 20:

Εἰς ἀνδριάντα Πεισανδρου τοῦ τὴν Ἡρακλείαν ποιήσαντος.

Τὸν τῷ Ζανὸς ἔδ' ἕμειν υἱὸν ὄνηρ,
τὸν λειοντομάχαν, τὸν δ' ἐχέχειρα,
πρῶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πεισανδρος συνέγραψεν ὡς Καμείρου,
χρῆσσοις ἐξεπόνασεν εἴπ' ἀέθλου.

Pisander, Pisonis et Aristæchmæ filius, Camiræus, ex Rhodo: Camirus enim erat urbs Rhodi. Hunc quidam Eumolpi poetæ æqualem et amasium fuisse scribunt: nonnulli Hesiodo antiquiorem. Alii vero eum ad olympiadem tertiam et tricesimam referunt. Habuit sororem Diocleam. Scripsit *Heracleam*, sive poema de rebus ab Hercule gestis, libris duobus: in quibus Herculem clava armat primum. Reliqua vero ejus poemata adulterina putantur, ut pote partim ab aliis, partim ab Aristæo poeta composita.

IN STATUAM PISANDRI QUI HERACLEAM SCRIPSIT.

Jovis hic vobis filium vir,
cum leone pugnantem, expeditum manu,
primus superiorum poetarum
Pisander conscripsit ex Camiro,
et omnes quas ille sustinuit ærumnas narravit.

Τούτων δ' αὐτὸν ὁ δῆμος, ὡς σάφ' εἰδῆς,
 ἔτασ' ἐνθάδε, χάλκεον πόησας
 πολλῶς μασὶν ὅπισθε κήναιουτοῖς.

Quod de ἀθλοῖς significavit Theocritus, præcipuam partem eos fuisse poseos Pisandri, id fragmenta videntur confirmare. Conf. Müller. Dor. vol. I, p. 444. Plutarchus (Mor. p. 857, F), Pisandrum inter antiquos scriptores rerum Herculis memorat, quorum nullus noverit Herculæm Ægyptium.

Quæ de carminibus falso ad Pisandrum relatis Suidas verba facit, ostendere videntur non fuisse pauca, primum τὰ δὲ ἄλλα τῶν ποιημάτων, non hoc vel illud; deinde, γινόμενα ὑπὸ τε ἄλλων καὶ Ἀριστέως, non unius, sed plurium. Et supersunt fragmenta quæ ad Heracleam referri nequeunt; superest memorabilis locus Macrobiani, multo etiam magis aliena ab illo poemate narrans (Saturn. V, 2, p. 62): « Dicturumne me putatis ea quæ vulgo nota sunt? quod Theocritum (Virgilius) sibi fecerit pastoralis operis auctorem? vel quod eversionem Trojæ, cum Sinone suo et equo ligneo, ceterisque omnibus quæ librum secundum faciunt, a *Pisandro pæne ad verbum transcripserit?* qui (Pisander) inter Græcos poetas eminet opere quod a nuptiis Jovis et Junonis incipiens, universas historias, quæ mediis omnibus sæculis *usque ad ætatem ipsius Pisandri* contigerunt, in unam seriem coactas redegerit, et unum ex diversis hiatibus temporum corpus effecerit? in quo opere inter historias ceteras interitus quoque Trojæ in hunc modum relatus est. » Illa de carmine Pisandri « a Jovis et Junonis nuptiis incipiente » hæc Suidæ appellant de altero Pisandro dicta: Πείσανδρος, Νέστορος τοῦ ποιητοῦ υἱός, Λαρανδῆς, ἢ Λυκαόνιος (sic optimi codices: recte Gaisfordus Λυκαόνιος: nam ejus tractus erant Laranda), γεγονώς ἐπὶ Ἀλεξάνδρου βασιλέως τοῦ Μαμαίας παιδός, ἐποικοῖς καὶ αὐτός. Ἔγραψεν ἱστορίαν ποικίλην δι' ἐπιπέων, ἣν ἐπιγράφει Ἡρωϊκῶν (sic) θεογαμιῶν, ἐν βιβλίῳς ἕξ· καὶ ἄλλα καταλογάδην. Sed poetam sub Alexandro Severo viventem Virgilius imitari non poterat: ab altera parte Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν liber adeo aptus est descriptioni Macrobianæ, ut mirum maxime foret si intelligeretur alius. Vel codicum Suidæ omnium scriptura Ἡρωϊκῶν profecta videri potest ab ipso

compilatore, qui apud Hesychium fortasse Milesium legeret Ἡρωϊκῶν illorum θεογαμιῶν initium fuisse Ἡρας καὶ Διὸς γάμον: nam vocabulum Ἡρωϊκός fortuito librorum consensu abiisse in vocem inauditam quis credat? (Adde disputata ab Heynio, Excursu I in Virg. Æn. II, p. 316 sq. ed. Paris.) Macrobio accedit Zosimus testis, Histor. V, 29: . . . ὁ ποιητὴς Πείσανδρος ὁ τῆ τῶν Ἡρωϊκῶν Θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν παραλαμβάνων.

Verum non morabor lectorem enarrandis difficultatibus, vel Heynio inexplicabilibus, quibus illa de Pisandris quæstio premebatur, antequam Welckerus (de Cyclo epico p. 97 sqq.) exitum ex illis ambagibus monstraret: cui viro præstantissimo ut per omnia assentiamur, facit et rei natura, et testimoniorum vis recte æstimata, et alia in istis rivulis, unde multorum scriptorum cognitio nobis haurienda est, simili modo inversa, contaminata, confusa. Paucis quæ ille exposuit complectimur.

Veteres critici ex carminibus, quæ Pisandri nomine ferebantur, Heracleam solam Camirensi tribuebant; reliqua pro spuris habebant: sed non pauca inveniuntur apud grammaticos doctos et recentibus libris minime atentes commemorata ex Pisandro quibus locus esse non poterat in Heraclea; accedit opus ab Macrobio et Zosimo delineatum, ne ipsum quidem recens, utpote Virgillii exemplar. Hoc opus Ἡρωϊκῶν Θεογαμιῶν non poterat esse Larendensis istius Pisandri, Alexandro Severo æqualis: nam perscripta ibi erant « quæ *usque ad ætatem ipsius Pisandri* contigerunt; » hæc verba et erroris suspicionem omnem remouent a Macrobio, et explicationem porrigunt rei permiræ: qui factum sit ut Pisander, quem confitentur omnes plurima in rebus Herculis innovasse et a priscais poetis discessisse, nihilominus a quibusdam haberetur Eumolpi æqualis et amasius, ab aliis Hesiodo antiquior. Nimirum Pseudopisander in fine *heroici* ævi sese constituerat. Quæ res vicissim confirmat et de Zosimi Ἡρωϊκοῖς θεογαμιῶς loqui Macrobius, et suppositivum fuisse hoc opus. Jam non necesse est de eo Pisandro sollicite quærere, quocum θεογαμιῶν scriptorem Suidas confuderit. Codex Parisinus B apud Gaisfordum, duo Parisini apud Kusterum præbent ἐν βιβλίῳ non ἕξ, sed ζ', 60,

Hunc vero ipsum populus, ut certo scias, collocavit hic, æneum ponens, multis mensibus post et annis.

Pisander, Nestoris poetæ filius, Larendensis, aut Lycaonius, qui vixit temporibus Alexandri imperatoris,

Mamææ filii: poeta epicus et ipse. Scripsit historiam variam versibus, quam inscripsit *Heroica Theogamia* (i. e., ut videtur, res heroum inde a deorum nuptiis), libris sex (sive potius sexaginta) constantem. Item alia, oratione soluta.

quod recipi debebat: nam vicesimum sextum librum Pisandri commemorari videbis; et amplitudo argumenti satis testata excedit sex voluminum ambitum. Separanda sunt igitur Heracleæ fragmenta a ceteris, quæ vel omnia vel maximam partem petita sunt ex amplo hoc theogamiû opere, tam dextre ex optimis fontibus concinnato, ut plurimos grammaticos origo ejus fefellerit. Aristeum, quem Suidas Pisandrea scripsisse refert, prorsus ignoramus: Aristæ tenuis memoria est inter criticos Homeri.

ΗΡΑΚΛΕΙΑ.

1.

Strabo XV, p. 688=1009, B, locutus de Bacchi et Herculis in Indian expeditionibus minime veri similibus: Καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη πολλὴ νεώτερα τῆς Τρωϊκῆς μνήμης ἐστὶ, πλάσμα τῶν τῆν Ἡρακλείαν ποιησάντων, εἴτε Πείσανδρος ἦν εἴτ' ἄλλος τις· τὰ δ' ἀρχαία ζῶανα οὐχ οὕτω διασκέυασται. Idem tamen XIV, p. 655=969, A: Καὶ Πείσανδρος δὲ τὴν Ἡρακλείαν γράφας, Ἰόδιος. Dubitationis autem illa significatio, εἴτε Πείσανδρος ἦν εἴτ' ἄλλος τις, duobus modis explicari potest: vel enim non curat illo loco Strabo, quisnam ex iis qui Heracleas scripserant primus induxerit novum illum habitum, hoc dixisse contentus, fictum esse ab Heracleæ poetis, sive Pisandro sive alio quodam. (Sic fere Heynius Excursu I ad Virg. Æn. II, p. 316 ed. Paris.) Vel ina udiverat de criticorum dissensu in scriptis qui busdam Pisandro vel tribuendis vel ab eo abjudicandis; et cautius Heracleam quoque memorare voluit, conscius sibi, certum esse quod de habitu Herculis observarit, quicquid statuatur de scriptore Heracleæ.

Pellem leonis gessit Hercules ex primo certamine cum leone Nemeæo. Eratosthenes Cataster. c. 12, Λέων: Τινὲς δὲ φασιν εἶναι Ἡρακλέους πρῶτος ἄθλος ἦν εἰς τὸ μνημονεῦσθαι· φιλοδοξῶν γὰρ μόνον τοῦτον οὐχ ἑπλοῖς ἀνεῖλεν, ἀλλὰ συμπλακίαις

HERACLEA.

1.

Hic Heronlis habitus, *clava et pelle leonis instructi*, multo posterior Trojanarum rerum memoria, commentum eorum esse videtur, qui Heracleam scripserunt, sive is Pisander fuit, sive alius: antiquæ certe statuæ lignæ Hercules hoc modo factæ non sunt.

Pisander quoque, Heracleæ carminis scriptor, Rhodius fuit.

Leonem dicunt primum fuisse certamen quo Hercules inclaruerit: samam enim quaerens hunc solum non armis occidit, sed brachiis constrictum suffocavit. Narrat de eo Pisander Rhodius, exuvias eum leonis gessasse, ut ex glorioso facinore.

ἀπέπνιξε. Λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Πείσανδρος ὁ Ἰόδιος, εἶναι καὶ τὴν δορὰν αὐτοῦ ἔσχεν, ὡς ἐνδοξόν (ἔργον) ποιητικῶς. Sic Fellus. Codex Πίνδαρος ὁ Ἰόδ. (Conf. fr. 7.) Voc. ἔργον Heynius recte inseruit ex Phavorino p. 10, 4, et Eudocia p. 276. — Quæ sequuntur apud Eratosthenem, ea quoque scholiastes Germanici Arateor. p. 52 ad Pisandrum refert: *Periandrus* (sic) *Rhodius refert eum* (leonem) *ob primos labores Herculis memorie causa astris illatum*. Verisimile est autem ex his et tanta celebritate novi habitus quem Hercules ex hoc certamine induit, primum ἄθλον hunc positum esse a Pisandro. Conf. Müller. Dor. vol. II, p. 475, qui observat, hinc verisimile esse Bœotica certamina (quorum nullum in fragmentis vestigium) vel omisisse Pisandrum, vel alibi inseruisse. Hyginus Poetic. Astrom. II, 24, p. 399 (475): *Nonnulli etiam hoc amplius dicunt, quod Herculis prima fuerit hæc certatio, et quod eum inermis interfecit. De eo Pisandrus et complures alii scripserunt.*

2.

Pausanias II, 37, 4: Κεφαλὴν δὲ εἶχεν (hydra Lernæa), ἔμοι δοκεῖν, μίαν, καὶ οὐ πλείονας. Πείσανδρος δὲ ὁ Καμειρεὺς, ἵνα τὸ θηρίον τε δοκοῖν φοβερώτερον καὶ αὐτῷ γίνηται ἡ πόησις ἀξιόχρεως μᾶλλον, ἀντὶ τούτων τὰς κεφαλὰς ἐποίησε τῇ ὕδρᾳ τὰς πολλὰς.

3.

Schol. Pindari Olymp. III, 52: Θηλειαν δὲ εἶπε (τὴν Ἰλαφον) καὶ χρυσόκερων ἀπὸ Ἰστρίας: ὁ γὰρ Θησηίδα γράφας τοιαύτην αὐτὴν λέγει καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς καὶ Φερεκυδῆς.

4.

Pausan. VIII, 22, 4: Ἐπὶ δὲ τῷ ὕδατι τῷ ἐν Στυμφάλῳ κατέχει λόγος, ὀρνιθῆς ποτε ἀνδροπάγου ἐπ' αὐτῷ τραφῆναι· ταύτας κατατοξεῦσαι τὰς ὀρνιθὰς Ἡρακλῆς λέγεται. Πείσανδρος δὲ αὐτὸν ὁ Καμειρεὺς ἀποκτείνει τὰς ὀρνιθὰς οὐ φησιν, ἀλλὰ ὡς ψόφῳ κροτάλων ἐιδιώξειεν αὐτάς. Hanc quoque Pisandri narrationem secuti erant Pherecydes et Hellani-

2.

Caput, ut ego opinor, unum habebat hydra Lernæa, non plura. Verum Pisander Camirensis, quo et fera terribilior esse videretur et carmina ipsius plus dignitatis haberent, ideo illi plura capita dedit.

3.

Pisander Camirensis, Theseidis scriptor, Pherecydes et Pindarus cervam fuisse narrant Istrianam, non cervum, et aurea cornua habuisse.

4.

Fabulis vulgatum est, in loca Stymphali aliquando aves, quæ humana carne victarent, degisse: has Hercules sagittis confecisse dicitur; at Pisander Camirensis

cus (scholl. Apoll. Rhod. II, 1054), ut ceteras. Boni aliquot codices præbent Στυμφήλω.

5.

Athen. XI, p. 469, C: Πείσανδρος ἐν δευτέρῳ Ἡρακλείας τὸ δέπας ἐν ᾧ διέπλευσεν ὁ Ἡρακλῆς τὸν Ὠκεανὸν εἶναι μὲν φησὶν Ἥλιου, λαθεῖν δ' αὐτὸ παρ' Ὠκεανοῦ Ἡρακλέα.

6.

Schol. Pindari Pyth. IX, 183: Ἀλεξίδαμον ... γενέσθαι μνηστῆρα τῆς Ἀνταίου θυγατρὸς· ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἀλκίης, ὡς φησὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς· ἑταροὶ δὲ Βάρκην. Hæc sine dubio ad locum de lucta cum Antæo pertinent. Conf. O. Müller. Minyis p. 346.

7.

Schol. Rav. Aristophanis Nub. 1047: Ἡρακλεῖ πολλὰ καμόντι (vulgata μογήσαντι) περὶ Θερμοπύλας Ἀθηνᾶ θερμὰ λουτρὰ ἀναδέδωκεν. (Vulg. ἐπαφῆκεν, Ven. φασὶ τὴν Ἀθηνᾶν χάρισσασθαι τῷ Ἡρ. θ. λ., ὡς) Πείσανδρος·

Τῷ δ' ἐν Θερμοπύλῃσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη ποιεῖ θερμὰ λουτρὰ παρὰ βήγγινι θαλάσσει.

Zenobius Prov. VI, 49: Ἡ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνῆκε πολλὰ τοῦ θερμὰ λουτρὰ πρὸς ἀνάπαυαν πόνων, ὡς φησὶ καὶ Πίνδαρος (sic) ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους. Πολλαχοῦ dixit Zenobius quia narratio ad alias quoque thermas, Ἡρακλεία λουτρὰ, transferebatur.

Etiam sequentia fragmenta nihil est cur veteri Pisandro non possint tribui.

8.

Stobæus Floril. XII, 6: Πείσανδρου·

Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ἕπερ ψυχῆς ἀγορεύειν.

« Poterant hæc, inquit Müllerus, in historia Cercopum dici. »

non peremptas eas ab Hercule aves, sed crepitaculorum sonitu e loco pulsas tradidit.

5.

Pisander libro secundo Heracles poculum, in quo Oceanum transvectus est Hercules, Solis fuisse poculum ait, accepisseque illud ab Sole Herculeum.

6.

Filiam Antæi, cujus procus erat Alexidamus, Pisander Camirensis appellavit Alceidem, alii Barcen.

7.

Herculi, qui multos labores sustinuerat, circa Thermopylas Minerva calida lavacra ex terra emisit. Pisander:

Huic in Thermopylis dea cæssia Minerva parabat calida lavacra in litore maris.

Zenob. : Minerva Herculi multis locis calida lavacra emisit, ut a laboribus requiesceret; narrat etiam Pisander in carminibus de Hercule.

8.

Non est grande nefas animam præponere vero. HGN.

9.

Hesychius: « Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροις· » παροϊμῶδες. Ἔστι δὲ Πείσανδρου κομμάτιον, ἐπὶ τῶν

ἀδυνάτων ταττόμενον. Codex N. οὐ π. Κεντ. Photius et Suidas: « Νοῦς οὐκ ἐνὶ Κενταύροις· » παροϊμία ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων (καὶ ἀνοήτων addit Suid.) ταττομένη. Aliter Diogenianus VI, 84, et Vatic. Append. III, 10: « Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροις· » ἐπὶ τῶν ἐπιλησμώνων καὶ πλεονεκτῶν παρόσον ὑπὸ πλεονεξίας ἀπώλοντο.

10.

Olympiodor. In Platonis Alcib. I, p. 157 ed. Creuzer.: Διὸ φησὶ περὶ αὐτοῦ (de Hercule) ὁ Πείσανδρος·

Δικαιοτάτου τε φονῆος·

ἐπὶ γὰρ καθαρότητα φόνους ἐποίει.

PSEUDOPISANDRI

ΗΡΩΙΚΩΝ ΘΕΟΓΑΜΙΩΝ

immensi operis paucas reliquias nihil attinet ad rerum vel temporis seriem quandam redigere: sed illud refert in opere cujus index semel memoratur, quinam scriptores eo sint usi.

1.

Zosimus V, 29: « . . . εἰς Ἥμιωνα πόλιν, μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ κειμένην. Ἄξιον δὲ μὴ παραδραμεῖν ὅσα τῆς πόλεως ἐστὶ ταύτης, καὶ ἔσως τὴν ἀρχὴν ἔτυχεν οἰκισμοῦ. Τοὺς Ἀργοναύτας φασὶν ὑπὸ τοῦ Αἰήτου διωκομένους ταῖς εἰς τὸν Πόντον ἔκβολαῖς τοῦ Ἰστρου προσορμισθῆναι, κρίναι τε καλῶς ἔχειν διὰ τοῦτου πρὸς ἀντίον τὸν βῶν ἀναχθῆναι, καὶ μέχρι τοσούτου διαπλεῦσαι τὸν ποταμὸν εἰρεσίᾳ καὶ πνεύματος ἐπιτηδείῳ φορᾷ, μέχρις ἂν

9.

« Mens non est apud Centauros »: pars versus Pisandri, quæ in proverbium abiit de iis quæ fieri non possunt (vel insana sunt). — « Mens non est apud Centauros »: in obliviosos atque violentos: hi enim violentia sua perierunt.

10.

Pisander de Hercule dixit: « Et justissimi occisoris »: nam cædes faciebat ad purgandam terram.

PSEUDOPISANDRI

HEROICA THEOGAMIA.

1.

Venerunt Hemonem oppidum, inter Pannoniam supremam et Noricum situm. Atque hoc loco minime par est silentio præteriri quæ ad oppidum hoc pertinent, et quoniam modo condi ab initio ceptum sit. Aiunt Argonautas, quum eos Æetes persequeretur, ad Istri appulisse ostia, quibus in Pontum ille se exonerat; recteque se facturos

τῆ θαλάσῃ πλησιαίτεροι γίνονται. Πράξαντες δὲ σπερ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτον ἐγένοντο τὸν τόπον, μνήμην καταλιπόντες τῆς σφετέρας ἀφίξεως τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν, μηχαναῖς ἐπιθίντες τὴν Ἄργὸν καὶ τετρακοσίων σταδίων ἔδδον ἄχρι θαλάσσης ἐλύσαντες, ὅτε ταῖς Θεσσαλῶν ἀκταῖς προσωρμισθήσαν, ὡς ὁ ποιητὴς Πίσανδρος (sic) ὁ τῆ τῶν Ἡρωϊκῶν Θεογαμῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν παραλαμβάνων. Recte Reitemeierus: « πᾶσαν ἱστορίαν] intelligo hic totam historiam temporis mythologici. » De re Heynius conferri jubet Cluverium Ital. ant. I, c. 21. Et in Excursu jam aliquoties memorato p. 319: « Repetit eadem [non nominato Pisandro] Sozomenus Hist. Eccl. I, 6, uterque, ut equidem suspicor, ex Olympiodoro, cui Zosimus multa debet. »

2.

Stephanus Byz. v. Ἀγαθῦροι: Κέλκηνται δὲ ἢ ἐπ' Ἀγαθῦρου τοῦ Ἡρακλέους, ἢ, ὡς Πίσανδρος, ἀπὸ τῶν θύρων τοῦ Διονύσου.

3.

Idem: Νιφάτης, ὄρος Ἀρμενίας. . . Ἔοικε παρὰ τοῦ νεφέων, ἀλλ' ὀνοματικῶς διὰ τοῦ ι γράφεται. Καὶ Πίσανδρος ἐβδόμῃ.

Ταύρου πρυμνώρειαν εὐσκόπελον τε Νιφάτην.

Editiones et codd. male πρυμνώρεια. Et accusativus est ap. Suidam v. Νιφάτης, hæc sine poetæ nomine ponentem.

4.

Idem: Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας. . . καὶ Ἀκαρνανίας. . . τὸ ἔθνικόν. . . Ἀστάκιος καὶ Ἀστακία· ἀφ'

existimasse, si adverso flumine veherentur, ac tantisper in hoc amne remigiis et idonei venti adjumento navigarent, donec ad mare propius accessissent. Quum id consilium essent executi, jamque ad locum hunc pervenisent, ipsa structura oppidi hujus ad memoriam adventus in istam regionem sui relicta, et Argo machinis imposita, perque stadiorum quadringentorum spatium usque ad mare tracta, Thessalorum littoribus appulerunt; sicuti Pisander poeta memoriæ prodidit, qui Heroicorum Theogamiorum titulo totam propemodum historiam complexus est.

2.

Agathyrsi, aut ab Agathyrao Herculis filio, aut, ut perhibet Pisander, a Bacchi thyrasi ita dicti.

3.

Niphates, mons Armeniae. . . Videtur a voce νεφειν, ningere, derivari: sed substantivum nomen per iota scribitur. Et Pisander libro septimo:

Tauri extremam partem et scopulis insignem Niphaten.

4.

Astacus, urbs Bithyniae. . . et Acarnaniae. . . Gentile. . . Astacius et Astacia, a quo Astaciensis. . . et Astacieta, et Astacides patronymicum; Pisander libro decimo.

οὔ Ἄστακιεύς. . . καὶ Ἀστακινήτης καὶ Ἀστακίδης πατρωνυμικόν. Πίσανδρος δεκάτῃ.

5.

Idem: Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας. . . Ἔστι καὶ Κύβηλα Φρυγίας. Καὶ Κύβηλον ὄρος, ἀφ' οὗ Κυβέλη ἢ ῥέα λέγεται, Κυβεληγενῆς καὶ Κυβελίς. Πίσανδρος δεκάτῃ.

6.

Idem: Ἀπέννιον, ὄρος. . . τὸ ἔθνικόν Ἀπεννίνος, ὡς Ῥηγίνος, ὃ παρὰ Πεισάνδρῳ κεῖται γ'.

7.

Idem: Οἰνωτρία, χώρα τῆς Ἰταλίας. . . Πίσανδρος τρισκαίδεκάτῃ ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου χρήσεως κεκλήσθαι αὐτὴν φησι.

8.

Idem: Λυκάζεια, πόλις Θράκης: τὸ ἔθνικόν Λυκάζειοι, ὡς Πίσανδρος τεσσαρσεκαίδεκάτῃ.

9.

Idem: Βοαύλεια, πόλις Σκυθίας. Πίσανδρος εικοστῇ ἕκτῃ.

10.

Scholias Apollonii Rhod. I, 151: Φερακύδης τὴν μητέρα τῶν περὶ Ἴδαν (vel, ut codex Paris., Λυγκίως καὶ Ἴδου) Ἀρήνην φησιν, Πίσανδρος Πολυδώραν.

11.

Idem I, 471: Ἀρήνη, πόλις Πελοποννήσου: νῦν δὲ Ἰεράνα λέγεται, ὡς φησι Πίσανδρος. Heynius ad Hom. Iliad. B, 592: « Lege Ἔρανα. Perperam tamen hæc tradi docet Strabo VIII, p. 554, A. nam Erana alio loco sita erat inter Coryphasium et Pylum Messeniacum, » etc. Adde Weichert. De vita et scriptis Apoll. Rh. p. 246 sq.

5.

Cybelea, urbs Ionie. . . Est quoque Cybela Phrygiæ et Cybelum mons, a quo Cybele Rhea dicitur, Cybelogenitus et Cybellis; Pisander libro decimo.

6.

Apennium, mons. . . Gentile, Apenninus, quemadmodum Rheginus, quod apud Pisandrum libro tertio decimo legitur.

7.

Enotria, regio Italiae. . . Pisander libro tertio decimo hanc sic nuncupatam tradit a vini (οἴνου) usu.

8.

Lycosæa, urbs Thraciæ. Gentile, Lycosæi, apud Pisandrum libro quarto decimo.

9.

Boaulia, urbs Scythiæ; Pisander libro vigesimo sexto.

10.

Pherecydes Lyncei et Idæ matrem Arenen dicit, Pisander Polydoram.

11.

Arene, urbs Peloponnesi; nunc Erana vocatur, teste Pisandro.

12.

Idem I, 1196, χαλκοβαρεῖ, de clava Herculis : Πείσανδρος δὲ φησιν ἀλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους. Quum reliqua ab hoc schol. ex Pisandro memorata non sint antiqui Heracleæ scriptoris, Herculis mentio id efficere non potest ut de hoc solo contrarium in modum statuatur. Nam de Hercule in Θεογαμοῖς quoque scripta fuisse multa quis negaverit? Præterea clava ex solido ære in antiquo Pisandro nec per se est probabilis, nec ab iis memoratur, qui ipsa Heraclea usi sunt.

13.

Idem II, 98 : Ἀπολλώνιος μὲν ἐμφαίνει ὡς ἀνηρημένον τὸν Ἄμυκον. Ἐπίχαρμος δὲ καὶ Πείσανδρος φασὶν ὅτι ἔδρασαν αὐτὸν ὁ Πολυδεύκης. Verisimile est et hoc ab Epicharmo sumpsisse Pseudopisandrum, et ab aliis poetis scenicis alia.

14.

Idem II, 1089, de Harpyiis : Πιθανῶς δὲ ὁ Πείσανδρος τοὺς ὀρνίθας φησιν εἰς Σκυθίαν ἀποπτῆναι, ὅθεν καὶ ἐηλύθησαν.

15.

Idem IV, 57 : Τὸν Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἄεθλου τοῦ Διὸς καὶ Καλικῆς παιδα λέγει, παρὰ Διὸς εὐληφῶτα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτι θελοὶ ὀλέσθαι· καὶ Πείσανδρος δὲ τὰ αὐτὰ φησι, καὶ Ἀκουσίλαος, κτλ.

16.

Idem IV, 1396 : Τὸν δράκοντα Λάδωνά ἐκάλουν. Ἰούτων δὲ Πείσανδρος ὑπαίληφεν ἀπὸ τῆς γῆς γεγενῆσθαι. Hoc non magis quam fr. 12 ad antiquum Pisandrum referri debet.

17.

Schol. Homeri in illa II. Δ, 147, Τοιοῖ τοι, Me-

νέλας, μιάνην αἵματι μηροὶ εὐφύει, κνημαὶ τ' ἠδὲ σφυρὰ κάλ' ἐπίνερθιν : Νικάνωρ τὸ εὐφύει τῶν μηρῶν προσάπτει, οἱ δὲ ὑπομνηματιστοὶ τῶν κνημῶν. Καὶ Πείσανδρος·

Ξανθοκόμης, μέγας ἦν, γλαυκόματος, ὅρτι παρῆν λοχμάζων, εὐκνήμος.

18.

Scholium Taurinense ad Eurip. Phœn. 834 : Πείσανδρος ἱστορεῖ ὅτι ζάνη (vel ξάνη) Τειρεσίας ἐποίησε παῖδας δ', Φανένφερ στερκρόην, Χλώριν, Μαντώ. De quibus certi nihil habeo quod afferam.

19.

Schol. Euripidis Phœn. 1760 : Ἱστορεῖ Πείσανδρος, ὅτι κατὰ χάριν τῆς Ἥρας ἐπέμπεθ ἡ Σφιγξ τοῖς Θεβαίοις ἀπὸ τῶν ἐσχάτων μερῶν τῆς Αἰθιοπίας, ὅτι τὸν Λαίον ἀσεθῆσαντα εἰς τὸν παράνομον ἔρωτα τοῦ Χρυσίππου, ὃν ἤρπασεν ἀπὸ τῆς Πίσσης, οὐκ ἐτιμωρήσαντο. Ἦν δὲ ἡ Σφιγξ, ὥσπερ γράφεται, τὴν οὐρὰν ἔχουσα δράκοντος, ἀναρπάζουσα δὲ μικροὺς καὶ μεγάλους κατῆστιεν, ἐν οἷς καὶ Αἴμονα τὸν Κρέοντος παῖδα, καὶ Ἴππιον τοῦ Εὐρύνομος, τοῦ τοῖς Κενταύροις μαχεσαμένου· ἦσαν δὲ Εὐρύνομος καὶ Ἡσιόδου υἱοὶ Μάγνητος τοῦ Αἰολίδου καὶ Φιλοδίκης. Ὁ μὲν οὖν Ἴππιος καὶ ξένος ὦν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς ἀνηρέθη, ὁ δὲ Ἡσιόδου ὑπὸ τοῦ Οἰνομάου, ὃν τρόπον καὶ οἱ ἄλλοι μνηστῆρες. Πρῶτος δὲ ὁ Λαῖος τὸν ἀθέμιτον ἔρωτα τοῦτον ἔσχεν. Ὁ δὲ Χρυσίππος ὑπὸ αἰσχύνῃς ἑαυτοῦ διεχρήσατο τῶν ξίφει. Τότε μὲν οὖν ὁ Τειρεσίας, ὡς μάντις, ἰδὼν ὅτι θεοστυγῆς ἦν ὁ Λαῖος, ἀπέτρεκεν αὐτὸν τῆς ἐπι τοῦ Ἀπολλωνίου ὁδοῦ, τῇ δὲ Ἥρᾳ μῆλλον τῇ γαμοστολίῳ θεῆθ' ἔθειν ἱερά. Ὁ δὲ αὐτὸν ἔξφαύλιζεν. Ἀπελθὼν τοίνυν ἐφρονεῦθη ἐν τῇ σχιστῇ ὁδῷ αὐτὸς καὶ ὁ ἥνιχος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἔτυψε τῇ μάλιστα

12.

Pisander ex solido ære clavam Herculis fuisse dicit.

13.

Epicharmus et Pisander Amycum a Polluce non peremptam, sed viactum modo dicunt.

14.

Harpyias Pisander probabiliter narrat in Scythiam avo-
lasse, unde venerant.

15.

Hesiodus Endymionem dicit filium esse Calices et Aethlii Jovis filii; eidem Jovem hoc tribuisse, ut suæ ipse mortis esset dispensator, et moreretur quando vellet. Eadem Pisander narrat, et Acusilaus.

16.

Draconem, qui Lado vocatur, e terra natum creditit Pisander.

17.

Pisander, de Menelao :

Flava coma, procerus erat, cæsiis oculis, cui modo obumbrari cœpit, pulchris cruribus. [gena

18.

Pisander narrat Tiresiam ex.... suscepisse liberos quat-
tuor,.... Chlorin, Manto.

19.

Narrat Pisander, per Junonis iram Sphingem Thebanis ex ultimis oris Æthiopiæ immisam esse, quoniam illi Laium, qui nefando amore Chrysippum Pisa raptum violaverat, pœna nulla affecerint. Habebat autem Sphinx, ut scribitur, caudam draconis, et parvos magnosque correptos devorabat; in quibus Hæmonem Creontis filium, et Hippium Eurynomi illius qui cum Centauris pugnaverat : ex his Eurynomos cum Eioneo filius erat Magnetis, Æoli et Philodiceæ filii; Hippium, licet peregrinus a Sphinge peremptus est, Eioneus autem ab Enoëno similiter ac ceteri proci Hippodamiæ. Laius auctor erat nefandi amoris illius; cuius pudore Chrysippus se ipse gladio confodit. Tunc igitur Tiresias vates Laium, quem videret diis exosum esse, dehortabatur ab itinere ad Apollinem suscipiendo, et Junoni potius, nuptiarum præsidii deæ, sacra facere jubebat. At ille vatem contempsit. Itaque profectus in via trifida Phocidis cum auriga suo obruncatus est, quoniam flagello percusserat Oedipodem. Qui occisos statim terra obruit cum vestimentis, Laius au-

τὸν Οἰδίποδα. Κτείνας δὲ αὐτοὺς ἔβαψε παραυτίκα σὺν τοῖς ἱματίοις, ἀποσπᾶσας τὸν ζωστήρα καὶ τὸ ξίφος τοῦ Λαίου καὶ φορῶν, τὸ δὲ ἄρμα ὑποστρέψας ἔδωκε τῷ Πολύβῳ. Εἶτα ἔγημε τὴν μητέρα, λύσας τὸ αἶνιγμα. Μετὰ ταῦτα δὲ θυσίας τινὰς τελέσας ἐν τῷ Κιθαίρωνι, κατήρχετο ἔχων καὶ τὴν Ἰοκάστην σὺν τοῖς ὀχθήμασι. Καὶ γενομένων αὐτῶν περὶ τὸν τόπον ἐκείνον τῆς σχιστῆς ὁδοῦ, ὑπομνησθεὶς ἐδείκνυε τῇ Ἰοκάστη τὸν τόπον, καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, καὶ τὸν ζωστήρα ἔδειξεν. Ἡ δὲ δεινῶς φέρουσα ὁμῶς ἐσιώπα· ἠγνοεῖ γὰρ οὐδὲν ὄντα. Καὶ μετὰ ταῦτα ἤλθε τις γέρον ἱπποβουκόλος ἀπὸ Σικυῶνος, ὃς εἶπεν αὐτῷ τὸ πᾶν, ὅπως τε αὐτὸν εὔρε καὶ ἀνέλειτο καὶ τῇ Μερόπῃ δέδοικε. Καὶ ἅμα τὰ σπάργανα αὐτῷ ἐδείκνυε καὶ τὰ κέντρα, ἀπῆχτε τε αὐτὸν τὰ ζωάγρια. Καὶ οὕτως ἐγνώσθη τὸ ὄλον. Φασὶ δὲ, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τῆς Ἰοκάστης καὶ τὴν αὐτοῦ τυφλωσιν ἔγημεν Εὐρυγάνην παρθένον (« fort. Περὶφρατος. » *Falck.*), ἕξ ἧς αὐτῷ γεγόνασι τέσσαρες παῖδες. Ταῦτα φησὶ Πείσανδρος.

20.

Apollodorus I, 8, 5, 2 : Ἐγενήθη δὲ ἐκ ταύτης (ex Peribæa) Οἰνεὶ Τυδεύς Πείσανδρος δὲ αὐτὸν ἐκ Γόργης γενέσθαι λέγει· τῆς γὰρ θυγατρὸς Οἰνέα κατὰ τὴν βούλησιν Διὸς ἔραστοῦναι. Assentimur enim Welckeri rationibus (de Cyclo ep. p. 101 sq.) hæc ex Heraclea non esse statuentis.

21.

Olympiodorus In Platonis Phædonem ap. Wyttenb. Phæd. p. 251 : Ἀγλοὶ καὶ ὁ Πείσανδρος θεολογῶν τὰ κατὰ Κάδμον ἐν τῷ μύθῳ, ἐν ᾧ φησὶ τὸν Κάδμον ὑποτίθεσθαι τῷ Διὶ, πῶς ἂν καταγωνίσαιτο τὸν Τυφῶνα. V. Welckerum ibidem.

22.

Lydus De magistrat. III, 64, p. 258 : Σπουδῆ γέγονε τοῖς πολυχρόσις τὸ πάλαι Λυδοῖς... καὶ χρυ-

σοστήμονας διαργάζεσθαι χιτῶνας· καὶ μάρτυς ὁ Πείσανδρος, εἰπὼν

Λυδοὶ χρυσοχίτωνες.

23.

Euagrius Hist. eccl. 1, 20, apud quem Eudocia Augusta orationem ad Antiochenses clausit versu Homérico :

Ἰμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὐχόμεαι εἶναι, τὰς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐνταῦθα σταλεῖσας ἀποικίας ἀνιττομένη. Εἰ δὲ τῷ περισπούδαστον ταύτας εἶδέναι, ἰσθόρηται περιέργως Στράβωνι τῷ γεωγράφῳ, Φλέγοντι τε καὶ Διοδώρῳ τῷ ἐκ Σικελίας, Ἀρβιανῷ τε αὐτῷ καὶ Πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ. « Quæ narratio qualis fuerit, ex Joanne Malala disci potest Chronogr. p. 32 sq. (28-30 ed. Bonn.) et Cedreni Compend. Hist. p. 134 sq. » Heynius in Excursu cit. p. 319.

24.

Excerpta e cod. 1630 ap. Cramer. Anecd. Paris. vol. 2, p. 380, 7 : Τούτους (Gigantes) Πείσανδρος ποιητῆς Ἑλλήνων ὠνόμασε « δρακοντόποδας. » Nam sine dubio hoc solum a Pisandro est; cetera commenta aliunde petita.

25.

Servius Fuldensis ad Virg. Æneid. II, 211. *Filios Laocoontis Ethronem et Melanthurum Thesandrus dicit.* Ubi Heynius emendat *Pisandrus*. Conf. locum Macrobiani p. 6. Incidunt hæc in lacunam codicis nunc Casellani, a v. 105 ad 243.

26.

Fulgentius Mythologicῶν I, 14, eorum quæ de novem Musis allegorice exponit, inter alios testem advocat *Pisandrum physicum* : quo Pseudopisandrum significari nec negari potest nec affirmari.

tem zonam et gladium ablata subinde gestabat ipse; deinde, quum rediisset, currum dono dedit Polybo. Postea, ænigmate soluto, matrem duxit. Tempore interjecto, quum sacra quædam solemnia in Cithærone perfecisset, rediit cum Iocasta et curru illo, quem olim Polybo dederat. Ut venire in locum istum trisidæ vis, recordatus facinoris et locum monstrat Iocastæ et rem narrat, et ostendit zonam. Illa animo vehementer cruciata, nihilominus silere: nam filium esse suum ignorabat. Post ea senex equorum pastor a Sicione ad Cædipum venit, omnia ipsi aperiens, ut et invenerit Cædipum et sustulerit et dederit Meropæ. Simul crepundia ei monstrabat, et stimulos, vitæ servatæ præmia postulans. Hoc modo detecta sunt omnia. Dicunt autem post Iocastæ mortem et suam excæcationem nuptias illum iniisse cum Eurygane virgine, ex qua suscepit liberos quattuor. Hæc Pisander.

20.

Æneo ex Peribæa natus est Tydeus: verum Pisander

ex Gorge natum dicit; filie enim suæ amore correptum esse Cæneum ex voluntate Jovis.

21.

Pisander de Cadmo hunc mythum refert: Jovi subjeciisse Cadmum quibus modis ille Typhonem superare posset.

22.

Auro olim abundantes Lydi tunicas adeo aureis staminibus studiose texebant: quod testatur Pisander, dicens:

Lydi aureas tunicas gerentes.

23.

Colonias olim ex Græcia in Syriam et agrum Antiochenum deductas si quis cognoscere cupit, copiose exponitur de iis a Strabone, Phlegonte, Diodoro Siculo, Arriano et Pisandro poeta.

24.

Pisander, poeta Græcus, Gigantas dixit « draconipedes. »

EPIGRAMMA.

(Anthol. Palat. VII, 304.)

Ἄνδρϊ μὲν Ἴππαίμων ὄνομ' ἦν Ἴππῳ δὲ Πόδαργος
καὶ κυνὶ Θήραργος καὶ θεράποντι, Βάβης.

Θεσσαλός, ἐκ Κρήτης, Μάγνης γένος, Αἰζονος υἱός·
ὦλετο δ' ἐν προμάχοις ὄξιν Ἄρη συνάγων.

Fabricius et Heynius ab juniore, quem statuunt, Pisandro profectum putant: nec sane probabili modo ad antiquum Heracleæ auctorem referas. Celebre fuisse epigramma ex Polluce et Dione Chrysostomo intelligitur, qui poetam non memorant. Vaticanus codex hoc lemma habet: Πισάνδρου Ἰπποῦ. Τοῦτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικάλαος ὁ Δαμασκηνός ὡς ἀρίστου. Pollux V, 46:

Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Μάγνης ὁ κίων, τὸ Ἴππαίμωνος (sic enim codd.) κτήμα, ᾧ Λήθαργος ἐπώνυμος, οὐκ ἀνώνυμος, δὲ τῷ δεσπότῃ συντέθαπται, καθάπερ μὴνύει τὸ ἐπιγράμμα: deinde primum distichum ponit, Λήθαργος exhibens de cane, quod etiam in Vat. cod. est inter lineas cum γρ., et apud Dionem Chrys. Orat. 37, p. 121, 15 ed. Reisk., qui post primum distichum ita pergit: Τίς οὖν ὀδεν Ἑλλήνων, οὐχ ὅτι τὸν Ἴππον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Ἴππαίμονα; δοχοῦμεν οὐδὲ Μαγνήτων, ὅθεν ἦν Ἴππαίμων. Οὗτος μὲν οὖν φροῦδος ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ Βάβητι καὶ Πόδαργῳ. «Secundum Pollucem igitur canis erat Magnesius, secundum Dionem Hippæmon ipse. Hoc verisimilius. Nobiles sunt equi Thessali, canes Cretenses: servi patriam Pisander præterit.» Jacobs.

EPIGRAMMA.

Hippæmon vir dictus erat, sonipesque Podargus,
Therargusque canis, mancipiumque Babes:

Thessalus, e Creta, Magnes genus, Hæmone natus,
occidit, in primo dum movet arma loco.

HGa.

PANYASIDIS

FRAGMENTA.

Post Pisandrum epica poesis jacuisse videtur apud Græcos, usquedum victoria de Persis, « fomes ille ingeniorum », hanc quoque suscitaret. Suidas : Πανύσις, Πολυάρχου, Ἀλικαρνασείδης, τερατοσκόπος, καὶ ποιητὴς ἐπῶν· ὃς σθεθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγε. Δούρις δὲ Διοκλῆους τὴν παῖδα ἀνέγραψε, καὶ Σάμιον· ὁμοίως δὲ (om. codex Gronovii) καὶ Ἡρόδοτος Θούριον. Ἰστούρηται δὲ Πανύσις Ἡρόδοτου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος. Γέγονε γὰρ Πανύσις Πολυάρχου· ὃ δὲ Ἡρόδοτος Λύξου (Ξύλου cod. Gron.) τοῦ Πολυάρχου ἀδελφοῦ. Τινὲς δὲ οὐ Λύξην, ἀλλὰ Ῥοῖω (in voce Ἡρόδοτος vocatur Δρυῖς), τὴν μητέρα Ἡρόδοτου, Πανύσιδος ἀδελφὴν ἱστούρησαν. Ὁ δὲ Πανύσις γέγονε κατὰ τὴν σὴ ὀλυμπιάδα· κατὰ δὲ τινὰς, πολλῶν πρεσβύτερος· καὶ γὰρ ἦν (vulgo γέγονε γὰρ) ἐπὶ τῶν Περσικῶν. Ἀνηρέθη δὲ ὑπὸ Λυγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἀλικαρνασοῦ. Ἐν δὲ ποιηταῖς τάττεται μεθ' Ὀμηρον κατὰ δὲ τινὰς καὶ μεθ' Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον. Ἐγράφη δὲ καὶ (om. cod. Gron.) Ἡρακλειάδα ἐν βίβλους ἰδ' (sic etiam Eudocia p. 357 : codd. duo δ') εἰς ἔπη θ', [καὶ] Ἴωνικά ἐν πενταμέτρῳ (ἔστι δὲ τὰ περὶ Κόδρον καὶ Νηλέα καὶ τὰς Ἴωνικά· ἀποικίας) εἰς ἔπη ζ'.

Quæ de genere et ætate poetæ a Suida scribuntur, inter se valde discrepant. Polyarchum patrem agnoscit etiam Pausanias X, 8, 5. De Diocle nihil alibi traditur. Hoc, ni fallor, voluit grammaticus, a Duride Samium appellari Panyasin, eodem modo quo Herodotus a nonnullis, vel ab ipso Duride, vocetur Thurius; videlicet ibi satis diu commoratus. Nam Ἡρόδοτον legendum cum Wesselingio, cuius vocis mutatio apparet tali loco quantum fuerit in proclivi; et δὲ cum codice

expellendum. Mireris Bodium (Hist. poes. Gr. vol. 1, p. 504), qui, hujusmodi indicium secutus, Panyasin « Thurius recens conditam » miserit, deinde hominem, cujus ætatem ultra olympiadem 83 produxerit, occisum narret ab Lygdamide: quam cædem O. Müllerus (Dor. vol. II, p. 471) factam statuit olymp. 78 fere exeunte, Clintonus 80 exeunte, a. 457; et ante Thuriensem coloniam accidisse illos motus Halicarnassi, loquuntur omnia. Qualis vero fuerit Panyasidis cum Herodoto cognatio, difficile est quæsitum: tempora suadent, ut Panyasin avunculum potius quam patruelem Herodoti fuisse credamus; quod demonstrare conatus est Nækius de Chæriilo p. 14 sqq. Eusebius (ed. Ang. Mai p. 337) ad annum 4 olympiadis 72, 490, qui secutus est Marathonis pugnae annum, hæc ascripsit: *Panyasis poeta habetur illustris*, ut vertit Hieronymus. Conf. Clinton. Fast. Att. ad annum 489. Eusebius secutus est illos apud Suidam, qui Panyasin πολλῶν πρεσβύτερον olympiade 78 ἐπὶ τῶν Περσικῶν vixisse statuerunt; quæ hic et in Chæriilo de Marathonis temporibus recte accepit Nækius. Olympiadem 78, fortasse de flore poetæ dictam, de adolescentia vel juventute cepisse videtur Suidas, qui subjiciat πολλῶν πρεσβύτερος. Sed hoc prorsus diluitur narratione de mortis genere, quæ temere fingi non potuit. Ab eodem Suida τερατοσκόπον credibilis est vocatum esse poetam, quia confundebatur cum altero Panyaside Halicarnassensi, quam ob munus aliquod sacerdotale: nam celebrior erat horum compilatorum tempore interpres somniorum. Hesychius: Τερατοσκόποι, ὄνειροκρίται.

Panyasis, Polyarchi filius, Halicarnassensis, prodigiorum interpres, et poeta heroicus; qui poesin exstinctam in vitam revocavit. Duris memorie prodidit eum fuisse Dioclis filium, et Samium; similiter Herodotus [an, atque Herodotum?] Thurium. Traditur Panyasis Herodoti historici patruelis fuisse. Fuit enim, Panyasis Polyarchi filius; Herodotus vero, Lyxi, Polyarchi fratris. Quidam vero non Lyxen, sed Rhæo, Herodoti matrem, Panyasidis sororem fuisse narrarunt. Vixit autem Panyasis Olym-

piade septuagesima octava: secundum alios multo antiquior fuit; vixisse enim tempore belli Persici. Occisus est autem a Lygdamide, tertio Halicarnassi tyranno. Inter poetas secundus ei post Homerum locus tribuitur: nonnulli post Hesiodum etiam et Antimachum ponunt. Scripsit et Heracliada, libris quattuordecim, versibus circiter novies mille; et Ionica carmine elegiaco (agitur autem in eo poemate de Codro et Neleo et coloniis Ionicis) versibus circiter septies mille.

Alexandrini Panyasin in canonem Epicorum receperunt. De ejus poeseos indole ita Dionysius Halic. qui fertur (Censura vet. scriptt. p. 419 Reisk.): Πανύσσις δὲ τὰς τ' ἀμφοῖν (Hesiodi et Antimachi) ἀρετὰς ἠνέγκατο, καὶ αὐτῶν πραγματεία καὶ τῆ κατ' αὐτὸν οἰκονομία διήνεγκεν. Quæ pleniora et distinctius relata legerat Quintilianus (X, 1, § 54), qui de Hesiodo et Antimacho locutus ita perguit: *Panyasin ex utroque mixtum putant in eloquendo, neutriusque æquare virtutes.* (Ex quorum judicio illa scripta sunt apud Suidam: κατὰ δὲ τινὰς [τάτταται] καὶ μὲθ' Ἡσίοδου καὶ Ἀντιμάχου.) *Alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione vinci.* Conf. Nækium de Chæriilo p. 61 sq.

Heraclea Panyasidis non quattuor, sed quattuordecim librorum fuit: memoratur undecimus, et fragmenta quædam ostendunt non picturis modo eum, sed sermonibus etiam heroum res gestas animasse. Usus esse videtur illis fere omnibus, quæ ante eum Pisander, Stesichorus, fortasse alii quoque poetæ lyrici et scenici vel nova Herculi tribuerant, vel minus nota ex locorum mythis in lucem protulerant: nam de rebus nonnullis disertè illud testantur scriptores; ad antiquorum ἑπῶν fabulam reversum esse memorant nusquam. Illis enim apud Clementem Alex. Strom. VI, p. 751: Ἀὐτοτελῶς τὰ ἐτέρων ὑφαλόμενοι ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν ... (quum alii tm) Πανύσσις δ' Ἀλικαρνασσεὺς παρὰ Κρωφύλου τοῦ Σαμίου τὴν Οἰχαλίας ἔδωκεν, nemo qui istam de *plagiis* tragediam totam inspexerit, id sibi persuaderi patiatut ut Panyasin in eo loco per omnia Creophylum expressisse dicat. Ceterum nimis levi caussa permotus O. Müllerus de ratione qua poeta res Herculis tractaverit hoc iudicium emisit (Dor. II, p. 472): « Panyasidis Heraclea si libris quattuordecim, versuum millibus novem comprehendebatur, gesta quædam, in medio præsertim carmine, maxima cum copia et satis prolixè narrata fuisse necesse est: nam ἄλλους omnes complectebatur liber primus. Quare Panyasin breviter retulisse puto quæ ab aliis jam tractata essent; at fabulas ante ipsum fere neglectas, ut Hercules

peregrinationem in Lydia, luxurianti ingenio copiose exornasse. » Nimirum Athenæus (fr. 8) navigationem in Erythæam ex primo libro commemorat: quæ res ἄλλους adeo in arctum cogit, ut poeta dissimillimus appareat ei quem ex tertii libri fragmentis cognoscimus, ut tractationis æquabilitas omnis operi ob «disponendi rationem» laudato eripiatur. Nec per se est credibile, illius ætatis poetam sui ingenii impetum, sui operis legem ex aliorum poesi quamvis felici suspendisse. Alia ne addam, videtur apud Athenæum Δ abiisse in A: eam literam leniter vertere malim quam Heracleam torquere vehementer.

Non possum Aristotelis de hujusmodi argumento iudicium præterire: quod verum esse et ex ipsa poeseos natura petitum eventus hodieque probat. Nam per omne tempus scripta sunt et scribuntur ἑπη quæ biographica dixeris. *Ea si maximos plausus retulisse narrantur, hoc credas efficere, ut lectores cum admiratione frigeant.* Sic igitur Aristoteles, Poetic. c. 8: Μῦθος ἔστιν εἶς, οὐχ, ὥσπερ τινὲς οἰοῦνται, ἐὰν περὶ ἓνα ᾖ· πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῶ ἐνὶ συμβαίνει· ἐξ ὧν ἐνίων οὐδὲν ἔστιν ἓν. Οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἐνὲς πολλαὶ εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδέμια γίνεται πράξις. Δι' ὃ πάντες εὐκαί-σιν ἀμαρτάνειν, ὅσοι τῶν ποιητῶν Ἡρακλήϊδα καὶ Θησιήϊδα καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασιν· οἰοῦνται γὰρ, ἐπεὶ εἶς ἦν ὁ Ἡρακλῆς, ἓνα καὶ τὸν μῦθον εἶναι προσήκειν. Ὁ δὲ Ὀμηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ' εἶκοι καλῶς ἰδεῖν, ἥτοι διὰ τέχνην ἢ διὰ φύσιν. Ὀδυσσεῖαν γὰρ ποῦν οὐα ἔποιησαν ἅπαντα ὅσα αὐτῶ συνέθη, οἷον πληγῆναι μὲν ἐν τῶ Παρνασσῶ, μαγῆναι δὲ προσκοιήσασθαι ἐν τῶ ἀγρομῶ· ὧν οὐδὲν θατέρον γενομένου ἀναγκάσιον ἦν ἢ εἰκόσ θατέρον γενέσθαι· ἀλλὰ περὶ μίαν πράξιν, ὅταν λέγομεν, τὴν Ὀδυσσεῖαν συνέστησεν.

HERACLEA.

1.

Stephanus Byz.: Βεμβίνα, κόμη τῆς Νεμέας... Ὁ πόλιτῆς Βεμβινίτης... παρὰ δὲ Ριανῶ Βεμβινίτης. Ἔοικεν οὖν (adde ὡς, sed in exemplis quoque

Fabula est in se una, non, ut quidam opinantur, si versatur circa hominem unum: multa enim et infinita uni accidunt; ex quorum quibusdam nihil fit unum. Sic etiam actiones unius multæ sunt, ex quibus una nulla fit actio. Quare omnes videntur errare, quicumque poetarum Heracleidem et Theseidem et similia poemata fecerunt. Putant enim, quoniam unus fuit Hercules, unam etiam esse fabulam debere. Homerus vero, sicuti ceteris in rebus eminet, ita hoc quoque videtur recte perspexisse, sive artis seu naturæ beneficio. Odysseam enim quum faceret, non enarravit omnia quæ illi acciderunt, ut in

Parnasso vulneratum esse, et insaniam simulasse in dellectu; quorum neutrum, si alterum factum esset, fieri necessarium aut verisimile erat: sed de una, qualem diximus, actione Odysseam composuit.

HERACLEA.

1.

Bembina, vicus Nemeæ.... cujus oppidanus Bembinites.... Apud Rhianum vero Bembinites, ut Aeginates et

erratum) Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης κατὰ τροπήν, ὡς Πανύσιος ἐν Ἡρακλείᾳ πρώτη.

Δέρμα τε θήριον Βεμβινήταιο λέοντος· καὶ ἄλλως·

Καὶ Βεμβινήταιο πελώρου δέρμα λέοντος.

In quibus mirum est illud καὶ ἄλλως (agnitum etiam codicibus Parisinis), quum alibi epitomator solito more dicat καὶ πάλιν, καὶ αὖθις, ὁ αὐτός. Voluit igitur, si vox integra, et aliter (eundem verum efferens); sive correxerit eundem verum Panyasis, sive ita mutatum repetierit alibi. Ceterum de gestamine Herculis dicti, non ex descriptione pugnae cum leone petiti videntur.

2.

Eratosthenes Cataster. c. 11, Καρκίνος: Οὗτος δοκεῖ ἐν τοῖς ἀστροῖς τεθῆναι δι' Ἡραν, ὅτι μόνος, Ἡρακλεῖ τῶν ἄλλων συμμαχοῦντων, ὅτε τὴν Ὑδραν ἀνήρει, ἐκ τῆς λίμνης ἐκπηδήσας ἔδακεν αὐτοῦ τὸν πόδα, καθάπερ φησὶ Πανύσιος ἐν Ἡρακλείᾳ. Θυμωθεὶς δ' ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ τῷ ποδὶ συνθλάσαι αὐτόν. Ad illa, τῶν ἄλλων συμμαχοῦντων, Heynius: « Qui sunt autem illi? Ex fabula apud Apollodorum (II, 5, 2) et alios satis constat Iolaum fuisse. Quare Galeus, τοῦ Ἰολάου συμμαχοῦντος· Koppiersius, τῶν περὶ Ἰολαοῦ συμμαχοῦντων. Vitium tamen exstat etiam ap. Schol. Arati 147 et Phavorin. v. Καρκίνος. » — Interpres Germanici Arateor. p. 51: *Cancer in astris positus esse dicitur, beneficio Junonis; quod quum Hercules cum Hydra ad fontem Lernæum depugnaret, hic cancer Herculis pedem morsu deprehendit, ut Panyasis auctor dicit. Quem iratus Hercules calcatum contrivit, beneficioque Junonis magnis honoribus decoratus est.*

3.

Athen. XI, p. 498, D: Πανύσιος τρίτῳ Ἡρακλείᾳ φησὶ·

Æginetes dicitur; uti Panyasis libro primo Heracleæ:

Pellisque belluina Bembinetæ leonis;

et aliter:

Et Bembinatæ immanis leonis exuviæ.

2.

Cancer inter sidera relatus esse videtur propter Junonem: solus enim, quum ceteri Herculem in perimenda Hydra adjuvarent, ex palude alacriter egressus illius pedem momordit, ut Panyasis narrat in Heraclea. Hinc ab Hercule irato fertur pede obrutis esse.

3.

Panyasis tertio libro Heracleæ ait:

Hoc (vino) quum ingentem miscuisset craterem auro splendentem, crebros scyphos capiens suavem potum hauriebat.

4.

Quia bibis, o hospes? non est hæc infima virtus appositis dapibus calices educere multos

Τοῦ κεράσας κρητῆρα μέγαν χρυσοῖο φρενῶν, σκύφους αἰνύμενος θαμίαις ποτὸν ἤδ' ἔπινε.

Probabiliter ex convivio apud Pholum centaurum. Quo sequentia etiam fragmenta referimus ex probabili conjectura O. Mülleri (Dor. II, p. 473).

4.

Stobæus Floril. XVIII, 22:

Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖν' ἀρετῇ νύ τις ἔστι καὶ αὖτις, ὅς κ' ἀνδρῶν πολλὸ πλείστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθῃ πίνῃ εὖ καὶ ἐπισταμένως, ἅμα τ' ἄλλον φῶτα καλεῖη.

Ἰσὸν θ' ὅτ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ θοδὸς ἀνήρ

ὁσμίναις διέπων ταλαπενθείας, ἔθνα τε παῦροι θαρσαλέοι τελέθουσι, μένουσί τε θούρον Ἄρηα· τοῦ μὲν ἐγὼ θεῖμην ἴσον κλέος, ὅτ' ἐνὶ δαιτὶ τέρπηται παρεῶν, ἅμα τ' ἄλλον λαὸν ἀνώγη.

Οὐ γὰρ μοι ζῶνι γε δοκεῖ βροτὸς, οὐδὲ βῖωναι

ἀνθρώποιο βίον ταλασίφρονος, ὅστις ἀπ' οἴνου

θυμὸν ἐρητύσας πίνει ποτὸν ἄλλ' ἐνεόφρων.

Οἶνος γὰρ πυρὶ ἴσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ, ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.

Ἐν μὲν γὰρ θαλίῃς ἐρατὸν μέρος, ἀγλαΐης τε,

ἐν δὲ χοροῖτυπῆς, ἐν δ' ἡμερτῆς φιλότητος.

Τῷ σε χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδεγμένον εὐφροῖν θυμῷ

πίνειν, μηδὲ βορῆς κεκορημένον ἤϊτε γῦπα

ῆσθαι πλημύροντα, λελασμένον εὐφροσύνας.

Abest hic locus ab optimo codice Parisino. V. 5 vulgo male ἔθνα δὲ π. Correxerit Brunckius ex suo codice. V. 9 Brunckius tacite ἤε βῖωναι, fort. ex eod. V. 11 egregie restituit Valckenarius. Vulgo ἄλλο νεόφρων. Schæferus conjecerat κενόφρων. Versus 12 et 13 sunt apud Suidam v. Οἶνος, 12—18 apud Athenæum II, p. 37, A. V. 13 Athenæus πάση σ. ἀνίη, unde Valckenarius πάση σ. ἀοιδῆ. V.

artis ad ingenium, atque alios ad pocla vocare.

Et mensa pariter robur spectatur et armis;

namque ut confertos ductor ruit acer in hostes, quamvis late alii trepident et bella pavescant: talis et ille mihi (levior nec gloria) lætus qui conviva sedens alios ad gaudia cogit.

Ille mihi vita penitus caruisse videtur,

aut certe minime vitalem ducere vitam,

qui vinum fugiens aliis se potibus implet

stultus. Prima hominum generi bona, flamma merumque:

pulsa mero longe cedunt mala; carmina vivunt.

Namque sui partem vino tribuere venustas,

et jocus et festivus amor, mollesque choreæ.

Mente igitur grata Bacchi complectere munus,

et bibe, ne ventrem stipans dape, vulturis instar,

assideas mensæ, lætæ dulcedinis experts. HG a.

14 ἔρατον Athen. Ap. Stob. ἱερὸν μ. Versum 15 sequitur apud Stobæum hic,

Ἐν δὲ τε μὲν θήρης καὶ δυστροφούνης ἀλεγεινῆς.

De quo recte Grotius : « Aut aliunde infartus est aut a sciolo ascriptus. Neque apud Athenæum quicquam ejus apparet. » V. 16 Athenæi edd. δευμνόν, quod Valckenarius prætulit; codd. δεδμενόν. V. 17 idem Athen. βορῆς κεκορημένον, optime. Stob. βορῆ κεκακωμένον, quod non aptum huic loco. Deinde Athen. ἤτε παιδα, et v. 18 λελησμένον.

5.

Athen. II, p. 37, A : Πανύσις δὲ λέγει (sequuntur versus septem modo positi) ... καὶ πάλιν·

Οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον, ἀγλαός· ᾧ πᾶσαι μὲν ἐφαρμύζουσιν αἰοδαί, πάντες δ' ὄρχηθμοί, πᾶσαι δ' ἔραται φιλότιτες· πᾶσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάξει.

5 πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ χειρείων.

V. 1 δὲ omittunt codd. Clemens Alex., qui hunc et postremum versum affert Strom. VI, p. 742, ὡς οἶνος. V. 3 codd. ὄρχηθμοί, forma non epica. V. 4 codd. κραδίας (καρδίας cōd. Par.). Brunckius tacite ἐκ κραδίας ἀνδρῶν ἀλαπάξει ἀνίας. « Conf. Porson. ad Eurip. Phœn. 1334. » Gaisf. V. 5 cod. Paris. a me inspectus κατὰ μέτρα. Deinde Clemens ὑπέριμετρος.

6.

Athenæus II, p. 36, D : Πανύσις δ' ὁ ἐποποιὸς τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπονέμει Χάρισιν, Ὅραις καὶ Διονύσῳ, τὴν δὲ δευτέραν Ἀφροδίτῃ καὶ πάλιν Διονύσῳ· Ὑβριὶ δὲ καὶ Ἄτῃ τὴν τρίτην. Πανύσις φησι·

Πρῶται μὲν Χάριτες τ' ἔλαχον, καὶ εὐφρονες Ὅραι μοῖραν, καὶ Διόνυσος ἐρίβρομος· ὅσπερ ἔτευξαν τοῖς δ' ἐπι Κυπρογένεια θεὰ λάχε, καὶ Διόνυσος· ἔνθα τε κάλλιστος πότος ἀνδράσι γίγνεται οἴνου,

6 εἰ τίς μὲν πίνει, καὶ ἀπότρωπος αἰκαδ' ἀπέλθοι

5.

Rursusque idem : Vinum optimum est munus a diis datum mortalibus, luculentum : vinum sequuntur omnes cantiones, saltationes omnes, omnes amabiles amplexus. Vinum omnes ex hominum corde molestias pellit, modice si bibitur; supra modum, noxium est.

6.

Panyasis, epicus poeta, primam potionem Gratias ascribit, Horis et Baccho; secundam Veneri, ac denuo Baccho; Contumeliæ vero et Noxæ tertiam. Ejus hæc sunt verba :

Primæ Gratiae sortitæ sunt et hilares Horæ partes, et Bacchus strepitum amans, qui (vinum) post hos Cypria dea sortita est et Bacchus. [rarunt : Et tum quidem optima est hominibus potio vini,

δαιτὸς ἀπὸ γλυκερῆς, οὐκ ἂν ποτε πῆματι κύρσαι Ἄλλ' ὅτε τις μοίρης τριτάτης πρὸς μέτρον ἐλαύνει, πίνων ἀβλεμῶς, τότε δ' Ὑβριος αἶσα καὶ Ἄτης γίγνεται ἀργαλέα, κακὰ δ' ἀνθρώποισιν ὀκάζει.

10 Ἄλλὰ, πέπον, μέτρον γὰρ ἔχεις γλυκεροῖο ποτοῦ, στείχε παρὰ μνηστὴν ἀλοχον, κοίμιζε δ' ἐταίρους· δεῖδια γὰρ, τριτάτης μοίρης μελιθήδεος οἴνου πινομένης, μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρση, ἐσθλοῖσι ξενίοισι κακὴν δ' ἐπιθήσει τελευταίην.

15 Ἄλλὰ πηθοῦ, καὶ παῦς πολλὴν πότον.

Καὶ ἐξῆς, περὶ ἀμέτρου οἴνου·

Ἐκ γὰρ οἱ Ἄτης τε καὶ Ὑβριος αἶσα ἤτηδεῖ.

V. 1 et 2 Hæschelius Πρώτην et ἦνπερ, quibus non opus est. Vulgatum καὶ εὐφρονες correxit Dindorf. V. 4 cod. Par. ποτός. V. 9 Schweighæuserus κύρσας, rotundius; sed alterum non improbo. V. 7 Hæschelii codex ἐλαύνει, et v. 9 κακὰ δ'. Versum 14 hoc modo exhibent codices, ἐσθλοῖσι ἐν ξενίοισι κακὴν δ' ἐπιθήσειε τελ. Quæ ita correxit Jacobsius, ἐσθλοῖσι ξενίοισι κακὴν ἐπιθήσεια τελευταίην· additque Dindorfius : « Aliis fortasse placebit ἐσθλοῖσιν δὲ (s. τε) κακὴν ἐπιθή (s. ἐπιθήξ) ξενίοισι τελ. » Quod ipsum minima cum mutatione, transpositione nulla reposui. Iotacismi lapsus ἐπιθήσει illud ἐπιθήσειε genere potuit. V. 15 codd. ἀλλ' ἀπιθι. Meinekii correctionem probavit Dindorfius. Cod. Par. ποτόν. Postremo versu non exputo quid sibi velit præpos. ἐκ : nam Ἄτης καὶ Ὑβριος cum αἶσα jungenda sunt, ut v. 8, et ἐξοτηδεῖν vereor ut formari unquam potuerit. Etiam hiatus αἶσα ὀπηδεῖ valde displicet.

7.

Schol. Pindari Pyth. III, 177 : Ἐνιοὶ δὲ τὴν Θωῶνην ἐτέραν τῆς Σεμέλης λέγουσιν εἶναι, τροφὸν τοῦ Διονύσου, ὡσπερ Πανύσις ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας,

quum quis, postquam bibit, domum versus abit dulcibus ab epulis : damnum non unquam accepit. At si quis ad tertiam portionem mensuram excurrit, bibens impotenter ; tum Contumeliæ sors et Noxæ incumbit gravis, et mala sequuntur homines. Tu igitur, o bone ! sat enim habes dulcis liquoris, abi castam ad uxorem, et cubitum mitte sodales : vereor enim, tertiam si mellei vini portionem excitet, bibere aggredieris, ne tibi Contumelia spiritus intus et honestis hospitalibusque epulis malam finem imponat. Audi me, inquam, et multo potui pone modum. [nat.

Rursusque, de immodico vini usu :

Nam sequitur eum Noxæ et Contumeliæ sors.

7.

Nonnulli Thyonen aliam esse dicunt ac Semelen : ni-

Καί β' ὁ μὲν ἐκ κολποιοτροφοῦ ὄρε ποσά Θώνης.

Quod Mercurium ex Hymno Homérico in mentem vocat. In iisdem de potu sermonibus hunc versum alicubi lectum fuisse admodum probabiliter statuit Müllerus.

8.

Athen. XI, p. 469, D: Πανύσις δ' ἐν πρώτῳ Ἡρακλείας παρὰ Νηρέως φησὶ τὴν τοῦ Ἥλιου φίλην κομίσασθαι τὸν Ἡρακλέα καὶ διαπλεῦσαι εἰς Ἐρύθειαν. Dubitationem de libri numero significavi supra. In epitome hæc prorsus ommissa sunt. De partibus Nerei in hac fabula conf. Heynium ad Apollodor. p. 170 sq. Macrobius Saturn. V, 21, p. 147: *Poculo autem Herculem vectum ad Ἐρύθειαν, Hispaniæ insulam, navigasse et Panyasis, egregius scriptor Græcorum, dicit, et Pherecydes auctor est: quorum verba subdere super-sedi, quia propiora sunt fabulæ quam historie.*

9.

Schol. Q Homeri Odys. M, 301: Πανύσις φύλακα τῶν Ἥλιου βοῶν Φυλάκιόν (cod. Vindob. Φύλαϊόν) φησὶ γενέσθαι.

10.

Clemens Alex. Propr. c. 2, 36, p. 31: Καὶ μὴν καὶ τὸν Ἄιδωνέα ὑπὸ Ἡρακλέους τοξευθῆναι Ὀμηρος λέγει, καὶ τὸν Ἥλειον Αὐγέα Πανύσις ἱστορεῖ. Ἦδη δὲ καὶ τὴν Ἡραν τὴν ζυγίαν ἱστορεῖ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἡρακλέους ὁ αὐτὸς ὄψος Πανύσις « ἐν Πύλῳ ἡμαθόντι. » Ubi Heynius ad Apollodor. p. 161, correxit τὸν Ἥλιον αὐτὸν Παν., a Müllero quoque probatus. Codex Collegii novi, non Ἥλειον, sed καὶ τὸν Ἥλιον Αὐγέα, unde Potterus τὰς ἡλίου αὐγὰς Π. De re Apollodor. Bibl. II, 5, 10, 5: Θερμαινόμενος δὲ ὑπὸ Ἥλιου κατὰ τὴν πορείαν, τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐπέτεινον. Quod jam ad Panyasin auctorem referri licet.

11.

Interpres Germanici Arateor. p. 42: *Drac-nem immensæ magnitudinis, hortorum custodem insomnem, dum a Junone ad custodiendam aurea mala esset constitutus, Hercules, quum ad mala aurea profectus fuisset, ut refert Pa-*

mirum nutricem Bacchi, ut Panyasis in tertio libro Heracleæ:

Atque ille ex sinu nutricis Thyones pedibus exsiliit.

8.

Panyasis autem, primo (?) libro Heracleæ ait, a Nereo accepisse Herculem Solis phialam, eaque transnavigasse in Erytheam.

9.

Solis bonum custodem Panyasis fuisse dicit Phylacium (ad. Phylæum).

10.

Quin etiam Plutonium sagittis petiit esse ab Hercule refert Homerus, et Eleum Augeam [emenda, et ipsum Solem] refert Panyasis. Qui Junonem quoque conjugalem esse

nyasis in Heraclea, fertur peremisse. Hyginus Poetic. Astron. II, 6, p. 369 Munck.: *Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, ... eumque paratum ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem, conatum interficere draconem Hesperidum, qui nunquam oculos aperuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur. De hoc etiam Panyasis in Heraclea dicit. Eadem apud Eratosthenem nostrum cap. 4., sed sine poetæ nomine. V. Schaubach. p. 76 sq. Avienus multis narrat hæc de Dracone imagine,*

cujus latuit quoque causa laboris,

Panyasi sed nota tamen, cui longior ætas

eruit excussis arcana exordia rebus,

v. 169-193.

12.

Pausanias X, 29, 4: Πανύσις δὲ ἐποίησεν ὡς Θησεὺς καὶ Πειρίθους ἐπὶ τῶν θρόνων παράσχοντο σχῆμα οὐ κατὰ δεσμῶτας, προσφυεὺς δὲ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς ἀντὶ δεσμῶν σφίαιν ἔρη τὴν πέτραν. Ex eo loco petiit ubi Herculis descensum ad inferos descripsit: et intelligi videtur ex hac Thesei commemoratione copiose illum fuisse exornatum.

13.

Idem IX, 11, 1: Ἐπιδαιωνοῦσι δὲ (Thebani) Ἡρακλέους τῶν παιδῶν τῶν ἐκ Μεγάρων μνήμα, οὐδὲν τι ἄλλοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντας ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύσις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν. Θεβαῖοι δὲ καὶ τὰδε ἐπιλέγουσιν ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς μανίας καὶ Ἀμφιτρίωνα ἐμελλεν ἀποκτινύναι, et reliqua, quæ non narrabantur a Panyaside. Vulgo legebatur οὐδὲν τι ὁμοίως, pro quo Bekkerus ex optimo cod. Paris. aliorumque vestigiis posuit ἄλλοίως.

14.

Idem X, 8, 5: Πανύσις δὲ ὁ Πολυάρχου πεποιηκὼς εἰς Ἡρακλέα ἐπη, θυγατέρα Ἀχιλῆος τὴν Κασταλίαν φησὶν εἶναι· λέγει γὰρ δὴ περὶ τοῦ Ἡρακλέους,

vulneratam refert ab eodem Hercule « in Pylo arenosa. »

12.

Panyasis in carmine suo finxit Theseum et Pirithoum in sedibus non alligatorum speciem ostendisse, sed quasi agnatum corpori ipsorum adhæsisse saxum pro vinculis.

13.

Thebani ostendunt etiam Herculis ex Megara liberum sepulcrum, non alio modo de eorum morte narrantes atque Himeræus Stesichorus et Panyasis in carminibus retulerunt.

14.

Panyasis autem, Polyarchi filius, in eo carmine, quod de Hercule fecit, Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. Sic enim de Hercule loquens scripsit:

Παρνησὸν νυφόντα βοοῖς διὰ ποσὰι περήσας,
ἔκετο Κασταλῆς Ἀχελωΐδος ἀμβροτον ὕδωρ.

Hæc Müllerus (Dor. I, p. 436) ad illud iter refert, quod Hercules suscepit Delphos, ut expiaretur a deo.

15.

Clemens Alex. Protrept. c. 2, 36, p. 30: Πανύσας πρὸς τούτοις καὶ ἄλλους παμπολλοὺς ἀνθρώπους θεοὺς λατρεῖσαι ἱστορεῖ, ὡδὲ πως γράφων·

Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὰς Ἀμφιγυθείαι·
τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἀνδρὶ παρὰ θνητῶ θητευμένω εἰς ἐνιαυτόν·

τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης,
καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. « Quibus solabatur aliquis
servitutem Herculis. » Müller. l. c. V. 3 editiones
θητευσέμεν. V. 4 mirum ni ἀνάγκη scripserit Panyasis.

16.

Schol. Apollonii Rh. IV, 1149: Πανύσας δὲ φησιν, ἐν Λυδίᾳ νοσήσαντα Ἡρακλέα τυχεῖν ἰάσεως ὑπὸ Ὑλλου τοῦ ποταμοῦ· ὅς ἐστι τῆς Λυδίας· διὸ καὶ τοὺς δύο ἰοὺς αὐτοῦ Ὑλλος ὀνομασθῆναι. Sed schol. Homeri Il. Ω, 616, de his, ἀμφ' Ἀχελωΐων: Τινὲς « ἀμφ' Ἀχελῆσιον » ποταμὸς δὲ Λυδίας, ἐξ οὗ πληροῦται Ὑλλος· καὶ Ἡρακλῆος νοσήσαντος ἐπὶ τῶν τόπων, ἀναδόντων αὐτῶ θερμὰ λουτρὰ τῶν ποταμῶν, τοὺς παῖδας Ὑλλοῦ ἐκάλεσε καὶ τὸν ἐξ Ὀμφάλης Ἀχελῆτα, ὅς Αὐδῶν ἐβασίλευεν. Εἰσὶ δὲ καὶ νύμφαι Ἀχελυτίδες (sic), ὧς φησι Πανύσας. Qui non videtur de duobus Hyllis locutus esse, quos ad eum refert scholiastes Apollonii. In Homericorum scholio scribe Ἀχελ—. Stephanus Byz.: Ἀχελῆ, πόλις Λυκίας. Οἱ παλῆται Ἀχελῆτες, τὸ θηλυκὸν Ἀχελῆτις. Ἔοικε δὲ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀχέλου τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μαλίδος παιδός, δούλης τῆς Ὀμφαλίδος, et quæ sequuntur. De fluvio Ἀχελῆς loci grammaticorum in HSt. Thes. Paris. p. 1181, A.

Parnassi ut celeri pede saxa nivalia liquit,
Castaliæ tetigit juges Acheloidos undas.

15.

Panyasis autem, præter hos, alios quoque plurimos deos refert servisse hominibus, sic scribens:

Passa Ceres; passusque insignis Mulciber, estque passus Neptunus, passusque est Phœbus Apollo mortali ipse suas operas mercede locare:
passus Marsque ferox, irato a patre coactus.

16.

Panyasis narrat Herculem in Lydia sanatum esse ab Hyllō fluvio Lydiæ. Quare Hyllōs vocasse duos filios.

Acelas fluvius est Lydiæ, in Hyllum influens. In his regionibus quum Hercules morbo correptus esset, fluvii illi calida lavacra emiserunt. Quare filios suos, alterum Hyllum vocavit, alterum ex Omphale (alii, ex Malide, Omphalæ ancilla), Aceletem, qui postea Lydis imperavit. Sunt

17.

Stephanus Byz.: Τρεμίλη· ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο οὕτως· οἱ κατοικοῦντες, Τρεμιλίεις, ἀπὸ Τρεμιλοῦ, ὧς Πανύσας·

Ἔνθα δ' ἐναίει μέγας Τρέμιλος, καὶ ἐγγίμε θύγατρα
νύμφην Ὠγγίην, ἣν Πραξιδικὴν καλεοῦσι,
Σίβρω ἐπ' ἀργυρέω, ποταμῶ παρὰ δινηέντι·
τῆς δ' ὀλοοὶ παῖδες, Τλώος, Ξάνθος, Πίναρός τε,
καὶ Κράτος, ὅς κρατέων πάσας ληΐζετ' ἀρούρας.

V. 3 cod. Vratislav. σίβρω, v. 4 τιώος. Codd. Parisini duo τιώος ξανθός τε πίναρος. Sed v. Strabonem XIV, p. 665 980, B, C. « Quos Tremili filios sine dubio occidisse narrabatur Hercules in sequentibus. » Müller.

18.

Schol. Euripidis Alc. 1: Ἀπολλόδομος δὲ φησι κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπὶ τῶ τὸν Ἴππολυτον ἀναστῆσαι, Ἀμελησαγόρας δὲ, ὅτι Γλαῦκος· Πανύσας, ὅτι Τυνδάρεων. Apollodoros Bibl. III, 10, 3: Εὐβρόν τινὰς λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ (Æsculapio) Καπανέα καὶ Λυκοῦργον· ὧς δὲ Στησίχορος φησιν, Ἐριφύλην· Ἴππολυτον, ὧς δὲ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράφας λέγει· Τυνδάρεων, ὧς φησι Πανύσας.

Hæc, Müllerō observante, ex eo loco desumpta esse videntur, ubi expeditio contra Hippocoontem narrabatur tyrannum Spartæ, quam illo expulso Tyndareo tradidit.

19.

Clemens loco supra fr. 10 citato: Καὶ τῆν Ἥραν τὴν ζυγίαν ἱστορεῖ (τοξευθῆναι) ὑπὸ Ἡρακλέους ὁ Πανύσας « ἐν Πύλλω ἡμαθθέντι. » Ubi Aidoneum vulneratum ex Homero memoraverat. Sed Arnobius Adv. gentes IV, 25: Non ex vobis Panyasis unus est, qui ab Hercule Ditem patrem, et reginam memorat sauciatam esse Junonem? V. dicta et citata a Müllerō Dor. I, p. 444 sq.

etiam « Nymphæ Aceletides, » quarum meminist Panyasis.

17.

Tremile, sic Lycia vocabatur. Incolæ, Tremilenses, a Tremilo, ut Panyasis:

Hic vero habitabat magnus Tremilus, uxoremque duxit filiam

nympham Ogygiam, quam Praxidicam vocant, ad Sibrum argenteum, juxta vorticosum fluvium, ex qua exitiales filii, Tlous, Xanthus et Pinarus, et Cragus, qui potens omnes prædabatur terras.

18.

Æsculapium fulmine percussus esse, quia Tyndareum a mortuis excitaverit, narrat Panyasis; alii alios nominant, ut Capaneum, Eriphytea, Hippolytum.

19.

Panyasis Junonem quoque conjugalem sagittis petitam esse refert ab Hercule « in Pylo arenoea. »

20.

Stephanus Byz. v. Ἀσπίς, p. 60, 23: Ἔστι καὶ πέραν Πίσης, ὡς Πανύσιος ἐν Ἑρακλείαις ἐνδείκνυται. In undecimo igitur libro (inquit Müllerus Dor. II, p. 474) narratus fuisse videtur Hercules Olympios ludos instituere.

21.

Schol. Homeri Il. A, 591, p. 45, 17: Βηλὸς . . . ἀπὸ τοῦ βεβηκέναι . . . καὶ Πανύσιος δὲ τὰ πέδιλα «βηλὰ» λέγει. Quod corruptum apud alios grammaticos: v. Heyn. ad locum Homeri, G. Dindorf. ad HSt. Thes. vol. 2, p. 229, C.

22.

Apollodorus I, 5, 2: Πανύσιος δὲ Τριπτόλεμον Ἐλευσίνος (παῖδα) λέγει· φησὶ γὰρ Διμήτρην πρὸς αὐτὸν ἔλθειν. Ad Ἴωνικά referre malit Müllerus.

23.

Idem III, 14, 4: Πανύσιος δὲ φησὶ (Adonidem filium esse) Θεϊαντος βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς ἴσχε θυγατέρα Σμύρναν. Αὕτη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης (οὐ γὰρ αὐτὴν ἐτίμα) ἴσχει τοῦ πατρὸς ἔρωτα· καὶ συνεργὸν λαβοῦσα τὴν τροφὴν, ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ νύκτας δώδεκα συνευνάσθη. Ὁ δὲ ὡς ἤσθετο, σπασάμενος ἕξος, ἐδίωκεν αὐτὴν· ἡ δὲ, περικαταλαμβανομένη, θεοῖς ἤξαστο ἀφανὲς γενέσθαι. Θεοὶ δὲ κατοικτεῖραντες αὐτὴν εἰς δένδρον μετέλλαξαν, ὃ καλοῦσι σμύρναν. Δεκαμηνησίῳ δὲ ὑστερον χρόνῳ, τοῦ δένδρου βαγέντος, γεννηθῆναι τὸν λεγόμενον Ἄδωνιν· ὃν Ἀφροδίτη διὰ κάλλος ἐτι νήπιον, κρύφα θεῶν, εἰς λάρνακα κρύψασα, Περσεφόνῃ παρίστατο. Ἐκεῖνη δὲ, ὡς ἐθεάσατο, οὐκ ἀπέδιδου. Κρίσεως δὲ ἐπὶ Διὸς γενομένης, εἰς μοῖρας διηρέθη ὃ ἑνιαυτός· καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῇ μένειν τὸν Ἄδωνιν, μίαν δὲ παρὰ Περσεφόνῃ προσέταξε, τὴν δὲ ἑτέραν παρὰ Ἀφροδίτῃ. Ὁ δὲ Ἄδωνις ταύτῃ προσέειπε καὶ τὴν ἰδίαν μοῖραν. Quæ Heynius ex Ἴωνικοῖς esse statuit p. 327, «forte ubi de urbis Smyrnæ originibus egit. Ex eodem poeta petita esse arbitror ea quæ scho-

liastes Lycophr. 829 memorat de Myrrha, eumque sequitur ipse Lycophron eo loco.» Præterea Hesychius: Ἠόην, τὸν Ἄδωνιν. Πανύσιος. Müllerus p. 474: «Quod si ex Heraclea petitum est, a Panyaside derivari licebit quod narratur de Hercule Adonidem contemnente, cujus signum esse οὐδὲν ἰσρὸν (in qua voce Hesych. et Suid., schol. Theocr. V, 21).»

24.

Athen. IV, p. 172, D: Πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημονεῦσαι Πανύσιον Σέλευκος ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίους ἀνθρωποθυσίας διηγείται, «πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσάδας ὄρνις,» προτέρου Στησιχόρου . . . εἰρηκότος κτλ. In incertis posui, licet mihi quoque vero non absimilia disseruisse videatur Müllerus (Dor. II, p. 472): «Fieri potest ut cum expeditione in Hesperidas Panyasis primus conjunxerit Ionum narrationem, qualis est apud Herodotum II, 45, de Hercule immolando. Busiriu an noverit, non traditur: Pherecydes novit.» Quod ita dixit Bodius (Hist. poes. Græcæ vol. I, p. 508): «*Pugniam cum Ægyptio Busiride cecinit.*» Sed poterat in Ionicis quoque, carmine Odysseæ dimidiam partem æquante, oblata esse de Ægyptiorum ἀνθρωποθυσίᾳ dicendi occasio.

25.

Probus ad Virgilio Ecl. II, 24: *Pamnyasis* (sic) *et Alexander tyram* (Amphioni) *a Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram liberaverit.* Sic editiones, nisi quod ab Georgio Fabricio excusum video *Panyasis*. Codex bibl. Regiæ, recens tamen ille: *Panocus et Alex. tyram a M. m. d. d., quod primus exianara liberavit.* De matre ab Lyci insidiis liberata non est cogitandum, ob vocabulum *primus*. Mythographus Vatic. alter, c. 74, p. 100, 6 ed. Bod.: «Quorum Zethus

20.

Exstat etiam locus ultra Pisam Aspis dictus, cujus Panyasis libro undecimo Heracleæ meminit.

21.

Panyasis calceos βηλὰ dicit.

22.

Panyasis Triptoleum fuisse dicit Eleusidis filium; et ad eum venisse Cererem.

23.

Panyasis Adonidem Thiantis esse filium dicit, Assyriorum regis, qui filiam habebat Smyrnam. Hæc per iram Veneris, quam nullis honoribus afflicebat, amore in patrem correpta est; et nutricis opera adjuta, cum patre imprudente duodecim noctibus concubuit. Qui ut rem rescivit, evaginato gladio eam persecutus est. Filia, quam

in eo esset ut corripere, ab diis petiit ut e conspectu evanesceret. Dii miseriti eam in arborem mutarunt, quam smyrnam (myrrham) vocant. Post decem menses arborem ferunt ruptam edidisse Adonidem qui dicitur. Eum Venus, quia pulcherrimus erat, infantem clam diis in arca absconditum Proserpinæ commendavit: quæ, ut conspexerat, reddere noluit. Judicio igitur de hac re Jovi mandato, in partes divisus est annus, quarum unam apud se transgere Adonidem jussit, alteram apud Proserpinam, tertiam apud Venerem. Verum Adonis suam quoque partem Veneri addidit.

Ecce, Adonidem.

24.

Bellaria Seleucus narrat primum memorasse Panyasin in iis quæ de victimis humanis apud Ægyptios mactatis refert; hos enim illis imposuisse bellaria multa, multas ex nidis aves.

rusticus, Amphion vero, lyra a Mercurio *promerita*, musicæ existit peritus. Qui matris injurias vindicaturi, » etc. Meritum Amphionis apud Pausaniam invenio, IX, 5, § 4: Μυρῶ δὲ... Ἐρμῆ βωμόν φησιν ἰδρύσασθαι πρῶτον Ἀμφίωνα, καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν. Hoc ipsum narra- verant illi apud Probum, ut jam perspicue apparet; verba liquido restitui non possunt, quia paullo plura referri videntur quam ex Pausania scimus.

Barkerus inter Panyasidis fragmenta retulit versum ap. Etymologum M. p. 266, 15:

Δηρὸν βουλεύειν, ἴν' ἔχη καὶ πολλὸν ἄμεινον,

suasu Gaisfordi ad Hesiodum p. 93 ed. Lips. Is igitur, quum præmitterentur versui illi hæc ver-

ba, ἔνθα καὶ πᾶσι, « codex Dorvillii, inquit, ἐν καὶ π; Præclare igitur Sylburgius: ἔνθεν καὶ Πανύσις. » Mibi et versus ipsius κόμμα et codicis compen-

dium παροιμίαν monstrare videbantur, quum hoc ipsum, ἔνθεν καὶ παροιμία, ex Gudiano codice annotari deprehenderem.

Jam e manibus dimiseram quaternionem præcedentem, quum in Jacobsii conjecturam incidere- rem, quæ præteriri non debebat in v. 13 frag- menti 4. « Utramque lectionem (inquit vir egre- gius ad Anthol. Palat. p. 670) conciliare licet scribendo, πάση συνοπηδὸν ἀδείη· quod vinum ærumnis et timore, quo animus cruciatur, ex- solvit securitatemque tribuit. »

Ionica Panyasidis elegiaco metro scripta fuisse, nobis non magis credibile est quam Ulricio (Hist. poes. Gr. I, p. 505); sed ex codicis Gronoviani scriptura manci et turbati illo loco nihil efficitur, neque effecit Nækius quod temere illi tribuit Bodius I, p. 509, not. 5. Ulricii novam sententiam de *Pisandri* ætate non retulimus, quia et alia ei refragari videbantur, et hæc apertissi- me, Πανύσις οἰσεθείσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγε.

CHOERILI SAMII

FRAGMENTA.

Etiam in hoc poeta fundamentum quæstionis sunt verba Suidæ: Χοιρίλος, Σάμιος, τινὲς δὲ Ἰασία, ἄλλοι δὲ Ἀλικαρνασέα ἱστοροῦσι. Γενέσθαι δὲ κατὰ Πανύασιν τοῖς χρόνοις· ἐπὶ δὲ τῶν Περσικῶν, Ὀλυμπιάδι οὐ, νεανίσκον ἤδη εἶναι. Δουλὸν τε Σαμίου τινὸς αὐτὸν γενέσθαι, εὐειδῆ πάνυ τὴν ὥραν· φυγεῖν τε ἐκ Σάμου καὶ Ἡροδότῳ τῷ ἱστορικῷ παρεδρεύσαντα λόγων ἐραστῆναι· οὗτινος αὐτὸν καὶ παιδικὰ γεγονέναι φασίν. Ἐπιθέσθαι δὲ ποιητικῇ, καὶ τελευτῆσαι ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ Ἀρχελάῳ τῷ τότε αὐτῆς βασιλεῖ. Ἐγραψε δὲ ταῦτα· τὴν Ἀθηναίων νίκην κατὰ Ξέρξου ἐφ' οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατήρα χρυσοῦν ἔλαβε, καὶ σὺν τοῖς Ὀμήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψηφίσθη. Λαμιακά, καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα αὐτοῦ φέρεται. Samium fuisse Choerilum extra dubitationem positum est. Alia quædam testimonia videbis infra. Halicarnassensis dici poterat ab iis, qui Herodoti auditorem et delicias perhiberent. Iasum in tempus mittamus. Quum per Panyasidem ejus ætas definiatur, quærendum quot fere annis illo junior fuisse existimandus sit: nam junior erat. Olympiade septuagesima quinta sive anno 479 si adolescens erat, primum Herodoti deliciæ non poterat esse anno 484 nati; deinde ad Archelaum non venire ante annum ætatis septuagesimum octavum; cum Lysandro autem debebat esse senex fere nonagenarius, idque κοσμήσων, ut sperabat Lysander, τὰς πράξεις αὐτοῦ διὰ ποιητικῆς. « Hinc sequitur (inquit Nækius p. 24) ut falsum sit quod dixit Suidas, Choerilum jam adolescentem fuisse Olympiade 75. Causas erroris primas nemo nunc dispiciet. Potest in carmine Choerili fuisse unde colligeretur poetam tum, quum Græciam invaderet Xerxes, adolevisse. Quomodocumque de causis erroris statuamus, facilius accidere potuit ut annum adolescentiæ Choerili aliquis falso po-

neret, quam ut longa de vita Choerili fingeretur et continua narratio, temporum Choerili calculis prorsus adversa. » Jam igitur, per tempus quidem, Choerili cum Herodoto commercium admitti poterit; nisi (quod potius crediderim) fictum esse dicas ex utriusque viri studio simillimo Græcorum magna gesta celebrandi. Nækius, pensitatis omnibus, videtur Choerilus natus esse olympiade 77 fere ineunte, vel a. Chr. 472. Hoc si statueris, in reliquis nulla difficultas: sunt autem illa quæ de Lysandro et Archelao Choerilum secum esse volentibus narrantur. Plutarchus, Vita Lysandri c. 18: Σάμιοι δὲ τὰ παρ' αὐτοῖς Ἡραΐα Λυσάνδρια καλεῖν ἐψηφίσαντο· τῶν δὲ πολιτῶν Χοιρίλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς. Quem locum rectissime cepit Nækius p. 46—49. Lysander quum brevi post prælium ad Ægos flumen frustra oppugnasset Samum (olymp. 93, 4), postea capta Athenarum urbe et longis muris eversis, expugnavit, veteres cives constituit et administrationem rerum composuit (ol. 94, 1). Hinc magnum Samiorum studium in Lysandrum; qui civem ipsorum, poseos fama maxima florentem, se comitari voluit, spe ductus fore ut ipsius quoque splendide facta carminibus celebraret. Verba τῶν δὲ πολιτῶν arcte cum superioribus jungenda; et omnia bene procedunt: τῶν δὲ ποιητῶν si præferas, male hæc juncta reperies. Ex Parisinis codicibus quattuor hoc exhibent, ab iis illatum qui *poetæ* quam *civis* nomen huic loco aptius esse crederent. Πολιτῶν servavit codex 1671 (Wytténbachio A): quem alia quoque sincera offerre memini, in altero codice optimo 1672 (Wytt. E) eadem scripta Plutarchi complectente jam vitiosa. Post Sami expugnationem illi, quos Plutarchus narrat, honores Lysan-

Choerilus, Samius: quem nonnulli Iasensem, alii vero Halicarnassensem fuisse tradunt; æqualem Panyasidis, et adolescentem jam belli Persici temporibus, olympiade septuagesima quinta. Idem servus fuisse traditur Samii cujusdam, forma pulcherrima præditus: et Samo profugus, quum Herodoto historico operam daret, literarum amore captus esse: Herodoti etiam amasium fuisse di-

cunt. Animum autem ad poeticam appulisse, et in Macedonia obiisse apud Archelaum, tunc illius terræ regem. Scripsit vero hæc: Victoriæ Atheniensium de Xerxe: pro cujus poematis singulis versibus aureum staterem accepit; et decretum fuit, ut poema illud cum Homeri carminibus recitaretur. Lamiaca, et alia quædam ejus poemata feruntur.

dro a Samiis habiti sunt. «Itaque circa hoc tempus (ol. 93, 4 et 94, 1) cum Lysandro versatus est Chærilus. ... Jure vero dubites, an non ultra olympiadis 94 annum primum cum Lysandro fuerit Chærilus. Non videtur cum illo Spartam abiisse, sed potius ex Samo in Macedoniam profectus esse, olymp. 94, 2 vel anno insequente (fere 402 a. Chr.); aliis de caussis, an sola Archelai invitatione inductus, nescimus.» Apud Archelaum lautissime habebatur; narrat Ister apud Athen. VIII, p. 345, D: Ἴστρος δὲ φησι, Χοιρίλον τὸν ποιητὴν τέσσαρας μνᾶς ἐφ' ἡμέρᾳ λαμβάνοντα ταύτας καταναλίσκειν εἰς ὀψοφαγίαν, γενόμενον ὀψοφάγον. «Chærilum ab Archelao *quotidie, in singulos dies*, accepisse quattuor minas (quod græca verba sonant), alius credat, non ego. Semel tantam pecuniam, ab Archelao acceptam, diei spatio in obsonia expenderit.» Nækius p. 88. Mortuus est ante annum 399, quo obiit Archelaus. (Conf. Ritschelii Specimen de Agathone p. 4 sqq.) Denique inter Thucydidis æquales Chærilum recenset Marcellinus in Vita Thuc.

Carmen ejus, *Atheniensium victoria de Xerxe, Περσῆς*, decretum fuisse ut cum Homeri carminibus publice recitaretur (Panathenæis), minime est incredibile: sed accepisse poetam versuum singulorum præmium staterem aureum (18 fere libras monetæ Gallicæ), illud vero rerum publicarum florentium moribus prorsus est contrarium: quod de Alexandri M. comite Chæriilo narratur (Horat. Epist. II, 1, 233 et scholl.), istam fabellam peperit. Vide Nækius p. 82—86, 89—92.

Lamiaca dispici non potest quale argumentum habuerint nisi bellum Lamiacum: quod si ita est, fieri nequit ut ad Samium referantur. Nækius (p. 101) ad Alexandri M. comitem retulit. Idem Chærilus Iasensis videtur fuisse, ut Fabricius statuit, consentiente Nækiio (p. 40 sqq.): sed ex Stephani Byz. loco aperte corrupto nihil in hac re potest confici: Ἰασσός. . . . Ὁ πολίτης Ἰασσεύς, ἀφ' οὗ Χοιρίλος ἰὼν Ἰασσεύς. Sic etiam codd. Parisini. Strabo XIV, p. 658, inter claros Iasenses non recenset Chærilum. Cetera carmina, ab nonnullis abjudicata, ut videtur, Chæriilo (φέρεται), Suidas non nominat. Sine dubio erratum in his Eudociæ, Persica prætereuntis: Ἐγραψε δὲ ἐπιστολάς πολλὰς, καὶ ἐπιγράμματα, καὶ κωμωδίας. Conf. Næk. p. 101 sq.

De Chærilii dictione, novo in epica poesi argumento, Perseidis ambitu Nækius ex tenuissimis quæ supersunt iudicii eleganter et probabiliter judicavit p. 59 sqq., 78 sqq., 92 sqq. Quorum summa huc redit. Chærilum non longe abfuisse ab Homeri simplicitate, sed oratione usum magis figurata, adeo, ut ab reconditoribus quoque rebus exempla peteret, vel talia poneret quæ non ab omni parte essent propria. Rerum descriptionem fuisse uberem et copiosam; dispositionem fere Homericam; summum momentum in pugna Salaminiæ.

Platonis tempore gloria maxime floruisse Chærilum docet Procli locus in Antimacho ponendus. Deinde Aristoteles in poeseos præceptis tradendis ejus aliquoties meminit: v. frag. 1 et 2. De exemplis ejus, quod supra indicatum est, ita scribit, Top. VIII, 1, fin.: Εἰς δὲ σαφήνειαν παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον· παραδείγματα δὲ οἰκία καὶ ἐξ ὧν ἴσμεν, οἷα Ὀμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος. Sed Alexandrinis temporibus aperte deprimebatur Chærilus, efferebatur Antimachus; cujus rei caussas et effectus optime explicuit Nækius p. 96 sqq. Quamquam non sine lite quadam et dissensione id factum apparere videtur ex Crætetis grammatici epigrammate, ambiguitatis malitiosissimæ pleno:

Χοιρίλος Ἀντιμάχου πολλὸν λίσπεται· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι
χοιρίλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος, κτλ.

Octo quæ sequuntur fragmenta et duodecimum sine dubio ex Perseide sumpta: de reliquis certo statui non potest.

1.

Aristot. Rhetor. III, 14, 4: Ἐτι δ' ἐκ τῶν διανοικῶν προοιμίῶν· τοῦτο δ' ἔστιν, ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀκροατὴν, εἰ περὶ παραδόξου λόγος, ἢ περὶ χαλεποῦ, ἢ περὶ τεθρλυημένου πολλοῖς, ὥστε συγγνώμην ἔχειν, οἷον Χοιρίλος·

Nῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται.

Ipsos versus ex Græcis Commentariis eruit Victorius, nuper ex codice produxit Gaisfordius in edit. Rhetorices p. 448 sq. (quod ex Nækii libello in fr. 12 citato didici):

Ἄ μάκαρ, ὅστις ἐπὶ κείνον χρόνον ἴδρις δοῖδης,
Μουσᾶων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἐπὶ λαμῶν·

1.

Judicialia proœmia, id est, ea forma, quæ ad auditorem refertur, si de re incredibili sermo est, aut de difficili, aut de re inter omnes pervagata, quo veniam dent auditores: quale hoc est Chærilii:

Ah felix, quicumque erat illo tempore peritus carminis,
Musarum famulus, quando illibatam adhuc erat pratium:

ἄνδ' ὅτε πάντα δάδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχνηι,
 ἔσονται ὅσπερ δρόμου καταλείπομεθ'· οὐδέ τι ἔστι
 πάντῃ παπταίνοντα νεοχρῆς ἄρμα παλάσσαι.

Hæc pro Perseidis initio haberi posse putat Nækius : neque abesse gratiam ab hac novandi audacia dixerim ; sed recte judicat Hermannus præcessisse quædam. Cum v. 1 Nækius comparat hoc Theognidis v. 1015 :

Ἄ μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὀλβιος, ἔστις ἄπειρος κτλ.

Ap. Victor. δοιδῶν, quod δοιδῶν scribendum ; sed cod. Gaisf. δοιδῆς, quod prætulit Nækius. V. 2 Victorius ediderat ἀκείρατος, tacite mutatum a Scaligero. De codice nihil annotat Nækius : nam Gaisfordi librum ad manus non habeo. Osannus (Auctar. Lex. p. 8) illud tueri conatur, argumentis non ex re petitis. Quod in HSt. Thesaurο ex cod. Barocc. citatur, Ἀκείρατον, τὸ ἄκοπον, quid valeat nescio, quum ceteras glossas ejus codicis ignorem. V. 3, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχνηι. « His verbis hic sensus inest, ut Chærilus non solum conqueratur de exhausta ab antiquioribus Epicis epici carminis materia, sed etiam de eo, quod poseos genera, inter se separata et discreta, suos quodque sibi fines, suum dominium vindicaverint, quum antiquis poetis epicis quolibet evagari et nullam materiam non licuisset aggredi. Respexit autem Ch. etiam his verbis se suumque conamen. Phrynicho, Æschylo fas erat res Persicas, easque recentissimas, tractare. An idem poetæ liceret epico, ea vero erat quæstio. » Nækius. V. 4 Victor. οὐδέ τοι. Nækii conjecturam ab Hermanno commendatam, Gaisfordi codice firmatam receperimus. Idem codex ἔστι, « quod præstat atque accommodatius est » futuro ἔσται apud Victorium.

2.

Herodianus Περὶ μνήρ. λέξ. p. 13, 4 : Ἀρέθουσα κρήνη κυρίως ἄλλα καὶ πᾶσαι κρήναι κατ' ἐπιθετικὴν ἔνοιαν ὄντων καλοῦνται, ὑπὸ τοῦ ἄρδην ἴσως σχηματισθεῖσαι. Ὁ γοῦν Χοιρίδος ἐν α' Περσικῶν ·

Παρά δὲ κρήνας ἀρεθούσας

μυρία φῦλ' ἔδονεῖτο, πολυσμήνοισι μελίσσαι
 [εἰκέλοι].

Ita hæc scripsi, ut sine ambagibus patefaciam quomodo intellexerim. Ingentes copiæ Xerxis circa fontes discurrebant, velut apum examina (circa flores). Ex descriptione itineris copiarum in Asia petittum puto, ex loco de commoratione Celænis. Herodotus VII, 26, 27 : Οἱ δὲ, ἐπεὶ τε διαβάντες τὸν Ἄλυν ποταμὸν ὠμίλησαν τῇ Φρυγίῃ, δι' αὐτῆς πορσούμενοι, παρεγίνοντο ἐς Κελαινας· ἵνα πηγαὶ ἀναδιδούσι Μαιάνδρου ποταμοῦ καὶ ἑτέρου οὐκ ἔλασσονος ἢ Μαιάνδρου. ... Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ὑποκατήμενος Πύθιος δ' Ἄττος, ἀνὴρ Λυδῆς, ἐξείναισε τὴν βασιλέος στρατιῆν πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοις, καὶ αὐτὸν Ξερξεία. Quæ sine dubio non neglexerat Chærilus : et in his illi versus locum habere poterant commodissime.

H. Düntzerus, cujus libellum (*Fragmenta poetarum epicarum Græcorum usque ad Alexandri M. tempora. Collegit H. D. Coloniae, 1840*), quum in his versarer, accepi, quomodo intellexerit verba μυρία φῦλ' ἔδονεῖτο πολυσμήνοισι μελίσσαι, exputare non possum : scripsit autem p. 97 : « Ad hæc refero quæ scholiastæ Apollonii I, 212, memorat ... (de raptu Orithyïæ flores legentis ad Cephissi fontes, fr. 5). » De apibus cepit μυρία φῦλα, sed constructionem lectori reliquit expediendam. Deinde mirum si Chærilus in primo libro de Orithyïæ raptu narraverit. — His scriptis, in Nækii libello, quo ad fr. 12 utendum erat, p. 4, hæc dicta vidi : « Descriptio est regionis cujusdam Atticæ. » Nihil præterea addidit vir præstantissimus : quem quid in Atticam hoc loco deferre potuerit, non dispicio. De scriptura hoc monendum, παρά (quod sæpe accidit) ita pictum in codice ut nescias an non περί voluerit librarius. Idem φιλεδονεῖτο.

Nækius secundum fragmentum duxerat ex Aristotelis loco in fr. 1 posito, Ἦγεό μοι λόγον ἄλλον κτλ. (Cyclicorum fragmenta p. 586), quæ Chærilus esse non possunt : v. Welckerum de Cyclo epico p. 313 sq.

3.

Strabo VII, p. 303=464, A : Καλεῖ δὲ καὶ (Ἐφορος) Χοιρίδων εἰπόντα ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας, ἣν ἔξευξε Δαρτεῖος·

nunc vero, quum omnia distributa sunt, et fines suos
 habet ars quæque,
 tanquam ultimi in cursu, relinquimur : nequaquam
 licet,
 in omnes partes circumspectanti, novo more jun-
 ctum currum adigere.

2.

Arethusa etiam de quovis fonte adjective dicitur, for-

tasse ab ἄρδην formatum, quod est sursum. Chærilus in primo libro Persicorum :

Circa fontes Arethusas
 infinitæ copiæ agitabantur, magno examine volanti-
 bus apibus (similes).

3.

Citat Ephorus Chærilum, qui in transitu ratis, qua Derius mare junxit, hæc posuerit :

Μηλονόμοι δὲ Σάκαι, γενεῇ Σκύθαι, αὐτὰρ ἔναιον
Ἄσιδα πυροφόρον νομάδων γε μὴν ἴσαν ἄποικοι,
ἀνθρώπων νομίμων.

Sic correxit Causaubonus codicum scripturam ἴσαν ἀνθρώποι ἀποίκων νομίμων. « Distinxi post ἄποικοι. Sacæ ex mente Chærilii fuerunt cognati et coloni Scytharum, quos quidem Scythas cum ceteris antiquissimis scriptoribus in Europa posuit et *nomades* appellat et ἀνθρώπους νομίμους, id est δικαιοτάτους ἀνθρώπων, ut Homerus nobili loco, Iliad. N. 6, quem manifesto innuit Chærilus.» *Nækius*, qui plura p. 121 sqq. Sacæ in exercitu Xerxis erant: v. Herodot. VII, 64, 96, 184 et alibi; apud Thermopylas memorantur Diodoro XI, 7. Darii ratem, qua Bosporum Thracium junxit, vel pontem Istricum si intelligas cum Strabone, maximæ difficultates oriuntur, expositæ a Nækiio p. 127 sq., qui de his recte statuit hunc in modum: « Ephorus nihil scripserat nisi hæc: Χοιρίδος ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας, vel similiter, non addito Xerxis nomine, quum Chærilii carmen de Xerxe tum in manibus esset omnium, et proinde nemo de alia quam Xerxis rate cogitare posset. Strabo, qui Chærilii carmine vel plane non utebatur, vel certe tum Ephori disputationem excerpere satis habebat, Chærilii rerum immemor, dum Ephorum excerpbat, parum opportune Darii illam ratem recordatus, inseruit verba, ἦν ἔκλυε Δαρειός. Potuit autem facile hoc accidere Straboni, ut animo Scythicis rebus repleto, in quibus totus Ephori locus versaretur, etiam Scythica Darii expeditio male occurreret. ... Præterea id quoque memoria dignum, quod sine hoc fragmento non satis constaret, recensio- nem populorum Persicorum ibi insertam fuisse ab Chæriilo, ubi exercitus per Hellespontum transitum describeret. Qua in re discessit ab Herodoto. Ac bene discessit, ut poeta. Quippe nihil dabatur aptius et magis magnificentum, quam Asiæ populos recensere eo temporis momento, quo per pontem, immensum et plus quam humanum opus, ex Asia in Europam transirent, spectante

e littoribus rege. Conf. Herodot. VII. 56.» Multo probabilius hæc disputata sunt quam quæ opposuit H. Ulricius (Hist. poes. Gr. vol. I, p. 508 sq.): Chærilum, Athenienses potissimum in carmine suo celebrantem, quum caussas belli exponeret, etiam Marathoniam pugnam descripsisse videri et structum secundum nonnullos a Dario pontem Hellesponti: quo eodem Xerxem quoque usum fluxerit.

4.

Josephus Contra Apionem I, p. 454 Haverc.: Καὶ Χοιρίδος δὲ ἀρχαιοτέρου γενόμενος ποιητῆς μέμνηται τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ὅτι συνεστράτευται Ξέρξῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Καταριθμησάμενος γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, τελευταῖον καὶ τὸ ἡμέτερον ἐνέταξε λέγων·

Τῶν δ' ὅπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδεῖναι,
γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφίεναι,
ῥῆιον δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσιν, πλατὴν ἐπὶ λίμνῃ·
αὐχμαλῶι κορυφᾷ, τροχοκουράδας αὐτὰρ ὑπερθε
ἵπτων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουεν ἐσκληρότα καπνῷ.

Δῆλον οὖν ἔστιν, ὡς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῶν αὐτὸν μεμνηθῆναι, τῷ καὶ τὰ Σόλυμα ὄρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρα, ἃ κατοικοῦμεν, καὶ Ἀσφαλτίτιν λεγομένην λίμνην· αὕτη γὰρ πασῶν τῶν ἐν Συρίᾳ λίμνῃ πλατυτέρα καὶ μείζονα καθέστηκεν. Καὶ Χοιρίδος μὲν ὅτι μείνηται ἡμῶν. Similiter Eusebius Præpar. evang. IX, 9, p. 241=412, ultima ita dicens: Δῆλον δ' ἔστιν ὅτι περὶ Ἰουδαίων αὐτῷ ταῦτ' εἶρηται, ἐκ τοῦ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν τοῖς παρ' Ἑλλήσι Σολύμοις ὀνομαζομένοις ὄρεσι κείσθαι, πλησίον δὲ εἶναι τὴν Ἀσφ. λίμνην, πλατυτάτην οὖσαν κατὰ τὸν ποιητὴν καὶ μείζονα πασῶν τῶν ἐν Συρίᾳ λίμνῶν. V. 1 τῶν Euseb.; edd. Josephi τῷ δ'. V. 2 ῥῆιον δ' Euseb. editus; codices Parisini duo, quorum varietatem mecum benigne communicavit vir ill. Maximilianus de Seguiet, ῥῆιον δ', quod posuit Nækius. Apud Jos. variatur, codd. Hafn. et Big. ῥῆε δ', ed. pr. ῥῆεθ', al. ῥῆετ', ῥῆεῖν τ', ῥῆουν τ'. V. 3 ἐπὶ λ. cod. Hafn. Josephi, ἀρ quem ἐν λ. Euseb. παρὰ λ. V. 4 Euseb. κεφαλᾷ

Pastores ovium, Scythica de gente creati,
Asida triticeam clarorum habitare coloni
integritate Sacæ Nomadum.

4.

Quin et Chærilus ex antiquioribus poetis de gente nostra meminit, quod cum Xerxe Persarum rege expeditionis in Græciam particeps fuerit. Quum enim gentes omnes enumerasset, novissimam nostram posuit, dicens,

Exin miranda specie gens castra secuta est,
Phœnicum ignoto quæ voces ederet ore. [tum,
Hæc Solymos habitans montes stagnum prope vas-

circumtonsa comis, squalenti vertice, equini
exuvias capitis duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, omnibus, nostri illum meminisse, quod et Solymi montes in nostra regione sint, in quibus habitamus, et palus quæ dicitur Asphaltitis: hæc enim omnium quæ in Syria sunt latissima et maxima. Et Chærilus quidem ita nostri meminit. *Vel ut Eusebius*: Ac Judæos quidem his ab eo verbis esse designatos inde constat, quod et Hierosolyma in montibus iis quos Solymos Græci vocant sita est, et prope abest ab Asphaltide palude, quæ, ut poeta loquitur, latissima est omniumque Syriæ paludum maxima.

Joseph. τροχοκουρίδας. V. 5 uterque ἐφόρου. Ἐφόρου, supra ὄψιον Nækius, quem v. p. 147 sqq.

De Judæis loqui poetam Nækius pervicit, sed ita ut videri debeat vel aliorum populorum propria quædam transtulisse in illos, vel horum in alium quandam: nam nomen populi non addit. Lingua Phœnicia et habitationis locus una memoria non intelligi de Judæis non possunt; in orbem torsi erant Phœnices et Arabes, non Judæi; quod notare debuisse Josephum recte dixit Salmasius. Postremum de equorum capitibus fumo siccatis, quæ pro galeis sibi imponebant, Herodotus, et ipse in recensione copiarum (VII, 70), narrat de Æthiopicis Asiaticis. Cui Nonnum Dion. XXVI, 34o sqq. addit Nækius in libello fr. 12 memorato.

5.

Schol. Apollonii Rhod. I, 212, de Orithyis raptu veterum narrationes recensens, memoratis Simonide, Stesichoro, Pherecyde: Χοιρίλος δὲ ἀρπασθῆναι αὐτὴν ἀνθή ἀμιλγούσαν (vulgari verbo, ut sæpe, schol. Paris. ἐκλιγούσαν) ὑπὸ τὰς τοῦ Κηφισοῦ πηγᾶς. Ex quibus Hermannus hunc verum effici posse animadvertit,

Ἄνθε' ἀμέργουσαν πηγᾶς ὑπὸ Κηφισοῦ.

Nisi *Cephissum* pro *Ilisso* scripsit scholiastes, quæ Nækii (p. 153) valde probabilis sententia est. Idem: « Haud dubie eodem loco atque eadem occasione Boreæ et Orithyis mentionem fecerat Chærilus, qua eam fabulam insertam legitimus ab Herodoto (VII, 189). Boreæ operam, qua adjuvisset Athenienses, fortasse splendida narratione descripsit Chærilus, ceteroqui parcus, ut videtur, in adhibendis diis. »

6.

Hesychius: Σαμιακὸς τρόπος. . . Δίδυμος δὲ τὰς σαμαίνας ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν· εὐρύτεραι μὲν γὰρ εἰσι τὰς γαστέρας· τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσήμενται (sic Schneiderus pro σεσήμενται: codex σεσήμενται), ὡς δοκεῖν βύρρασι

5.

Chærilus Orithyiam raptam dicit flores legentem ad Cephissi [*Ilissi*?] fontes.

6.

Samis naves peculiari et diversa ab aliis structura sunt: latiores habent ventres, et rostra sima vel recurva, ut cum suum rostris comparari possint, prora tanquam piscis caput referente. Quare de tali nave dicitur (a Chæriilo Samio):

Navis quædam celeriter vehens Samia, suis speciem habens.

ἑῶν ὁμοίως κατασκευάσθαι, ὅσον ἰχθυοπρόρους (βοπρ. Vales. et Salm.) εἶναι. Διὸ καὶ ἐπὶ ταύτης λέγεται·

Νηῦς δὲ τις ἀκύπορος Σαμίη, οὐδὲ εἶδος ἔχουσα.

Photius Lex.: Σαμιακὸν τρόπον. . . οἱ γὰρ ἐμφορεῖς εἶχε τὰς πρόρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα, ὡς Χοιρίλος (sic) ὁ Σάμιος. Obversabatur librario Κρατίνος Ἀρχιδόχου, quod modo exaraverat. In versu ap. Hesych. scribebatur ναῦς. . . Σαμία, ὅς . . . « Nescio an aptior nostro fragmento sedes inveniri non possit quam in ea narratione quæ est apud Herodotum IX, 90, et apud Diodorum XI, 34; ubi Samiorum legatos in Delum insulam venisse narratur, Græcorum pro Ionia auxilium imploratos. Hanc igitur fortasse narrationem et librum ultimum ita exorsus est Chærilus. » Nækius.

7.

Stobæus Floril. XXVII, 1: Χοιρίλου Περσηίδος (sic etiam Arsenius Dresdensis Ms.)·

Ἄρχον δ' οὐτ' ἀδικον χρεῶν ἐμμεναὶ οὐτὲ δίκαιον.

« Persam loquentem audire tibi videaris, vel poetam de Persis, quos veritatis fuisse studiosissimos testantur multi. » Nækius.

8.

Athenæus XI, p. 464, A: Παραιτητόν δ' ἡμῖν τὰ κεραμεῖα ποτήρια. Καὶ γὰρ Κτησίας, Παρὰ Πέρσαις, φησὶν, ὅτι ἐν βασιλεὺς ἀτιμώσῃ, κεραμεῖοις χρῆται. Χοιρίλος δ' ὁ ἐποποιὸς φησὶν·

Χερσὶν [δ'] ἄλδον ἔχῃ, κύλικος τρόφος ἀμφὶ ἐαγθε, ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον, ὅτ' αὖτε πολλὰ πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς Ὑβριος ἐκβαλεν ἀκτάς.

Dubitabat Nækius an hæc non sint ex Perseide, « quia longe longeque excedant epicum modum. » Ab altera parte et Ctesias mentio et additum ὁ ἐποποιός, non additum nomen carminis tanquam vel unici vel celeberrimi, monstrare videntur Perseidem. Et eximie, nobis iudicibus, conjecit Hermannus, potuisse hæc a Xerxe victo

7.

Injuste justeve, nefas jurare putandum est.

8.

Repudianda autem sunt nobis pocula fictilia. Etenim Ctesias, Apud Persas, inquit, quemcumque rex ignominia affectis, is fictilibus utitur. Chærilus vero, poeta epicus, dicit:

Manibus opes (meas) teneo, calicis testam undique fractam, virorum epulantium naufragium; qualia multa ventus Bacchi in Petulantis eiecit littora.

dici. Sed præcedentia quum perierint, de primis verbis non satis certo statui potest. *En manibus teneo opes meas*, quæ terras et maria brevi ante impleverant, *fracti populi frustum*, etc. Lucem hæc acciperent si sciremus quo habitu, quæ agentem in fuga pinxerit poeta Xerxem, si sunt Xerxis. A' addidit Hermannus ob versum. Toupus conjecit *χερσιν ἀνολθον ἔχω κύλικος τρύφος*, receptum a Schweighæusero et Düntzero; quod hoc loco nescio quid elumbe sonat. Felicior erat Nækii conatus, *χερσιν | ἄλθον ἀνολθον ἔχω*. V. 3 codices *ἐβαλ' ἀνακτος*, quod luculenter correxit Guil. Canterus. Conf. Panyasidis fr. 6. Metaphoras plures, quæ apud alios poetas vel scriptores poetici coloris amantes habentur singulæ, Chœrilus in unam imaginem eamque splendidissimam feliciter conjunxit. Paraphrasin infra posui.

9.

Simplicius In Aristotelis Phys. VIII, f. 276, b: . . . ὁμοίον ἔστιν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ, τὸν συνεχῆ τοῦ ὕδατος σταλαγμῶν κοιλαίνει τὴν πέτραν.

Πέτρην κοιλαίνει βανὸς ὕδατος ἐνδεδεχέη, φησὶν ὁ Χοιρίδος. Sine nomine poetæ atque ut proverbialem versum commemorat Galenus De temperam. III, 4, vol. 3, p. 84, C; De locis aff. I, 2, vol. VII, p. 387, A; alii scriptores multi ad eum respicere videntur.

10.

Diogenes Laert. I, 24, de Thalete: Ἐνιοὶ δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν φασὶν ἀθανάτους τὰς ψυχὰς· ὧν ἔστι Χοιρίδος ὁ ποιητής.

11.

Tzetzes Commentario in Hermogenem ap. Ruhnken. ad Longin. p. 235 ed. Weisk. et Walzium Rhetorum vol. III, p. 651:

Καὶ πόρρω δὲ λαμβάνονται, ὡσπερ ποιᾷ Χοιρίδος, καλῶν τοῦς λίθους « γῆς ὄστᾶ », τοῦς ποταμοὺς « γῆς φλέβας. »

Chœrilum Samium decent hæc metaphorica, quem figurato sermone delectatum fuisse constat . . . Ac quominus referantur ad Persica, nihil impedit; immo aliquid persuadet. Nam rem

tam levem nisi ex magno quodam et celebri carmine non enotari fuissent et propagari. Nec tamen Chœrilum credemus ὄστᾶ et φλέβας *terræ* simpliciter dixisse saxa et flumina, sed moderate ea metaphora usus est. » Nækius.

12.

Suidas: Μᾶσσον, μείζον, μακρότερον.

Ἐπὶ πρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρου Αἰγάλειο θυμόεντος, ἄγων μέγαν ὑετὸν, ἴστη.

Nækii de his dicta in Indice prælect. hibernarum Bonnens. 1827, repeto integra, quia paucis versare eos libellos contingit. « Non scribam ἐπιπρὸ in hac sede versus. Addo eadem legi e Suida apud Favorinum, et partem loci, ἄγων . . . ἴστη, recurrere apud Suidam v. Ἰετός, ubi male vulgo ἄγων. De Xerxe poetam loqui, qui spectaturus erat pugnam Salaminiam (ex Ægaleo, Atticæ colle e regione Salaminis, Herodot. VIII, 90) Toupus Emend. in Suid. part. II, vol. I, p. 398 sq. Ox. accurata explicatione docet: illud animadvertendum Buttmano reliquit, Chœrilum esse hunc poetam. Θυμόεντος epitheton non erat solicitandum a viris doctis (θυμόεντος conjicientibus). Μᾶσσον, ut solent hi poetæ frustra colligere de mensa Homericæ, ex unico Homeri loco, Od. Θ, 203, desumpsit Chœrilus. Quamquam usos esse eo vocabulo etiam alios poetas epicos ante Chœrilum probabile est. Præterea quod olim monui, usum esse Chœrilum oratione figurata, hoc quoque loco comprobatur. Verum, ut dicam quod sentio, hoc loco tam vehementer figurata est, ut modum excesserit poeta. Nam de deo hoc dici, Jove, sive qui alii pluviam immittere solent, ἄγων μέγαν ὑετὸν, consentaneum est: at pugnam aut agmen ὑετὸν dici simpliciter, id paullo durius. Neque *pluvia* per se satis apta: præstaret νέφος aut χειμῶνα. Quare ego comparationem Xerxis cum aliquo deo ex eorum numero, qui pluviam faciunt, præcessisse conjicio: unde lucem capiebat auidax metaphora. Ceterum de variis, quæ tum circumferebantur in Græcia, narrationibus, de sella in qua ibi consedisset

(Quæ imagines hac paraphrasi explicari possunt: En opes meas, quasi fracti calicis testam, fragmentum ex naufragio (vasorum) ab epuloribus excitato; cuiusmodi multa vehemens ebrietas petulantis scopulis allidit, i. e. ad petulantiam progressa frangit).

9.

Saxum cavat gutta cadentis aquæ assiduitate, ait Chœrilus.

10.

Sunt qui Thaletem primum animas immortales dixisse referant: ex quibus est Chœrilus poeta.

11.

Chœrilus lapides dixit « ossa terræ; » et fluvios, « terræ venas. »

12.

(Chœrilus, de Xerxe:)

Ulterius vero progressus, in summo vertice Ægalei thymo abundantis, adducens ingentem pluviam, stetit.

Xerxes; de platano aurea, sub qua consedis-
 cum Xerxe Draconem, acutissimo visu hominem,
 Ptolemæus Hephæst. in Photii Bibl. p. 148, 5,
 auctor est: de his omnibus quantum in suam
 rem converterit Chærilus, incertum est. •

13.

Servius in Excerptis ex codice G apud Bur-
 mannum, ad Virg. Georg. I, 482: *Thesias*

(*Ctesias*) hunc (Eridanum fluvium) in Media
 esse, Chærilus in Germania, in quo flumine
Edion (Phaethon) extinctus est. Esse poterant
 in mentione Eridani apud Chærilum, unde
 grammaticus efficeret in Germania positum esse
 a poeta. Næskii de hoc loco observationibus in
 Indice prælect. hibernarum Bonnens. 1838
 propositis frui non dabatur.



ANTIMACHI

FRAGMENTA.

Antimachus, Hyparchi filius (secundum Suidam), a plurimis Colophonius, sed a Cicerone (Bruto c. 51) et Ovidio (Trist. I, 6, 1) *Clarius poeta* appellatur. Hinc jure statuere videntur Clari natum, patriæ nomen duxisse a vicina urbe nobiliore, in qua habitasse eum et maximam ætatis partem degisse ex aliis testimoniis fit probabile. « Atque idem, inquit Schellenbergius, contigisse videtur Nicandro, quem plures Colophonium vocant, quamvis ipse in fine Theriacorum Κλάρον νιφέσσαν πολίχνην patriam suam nuncupaverit. Quod quidem eo verisimilius est, quum Apollinis oppidum Colophoniorum ditioni subjectum fuerit, unde deus ipse nonnunquam Colophonius dicitur. V. Spanhem. ad Callimachi H. in Apoll. v. 70. »

Tempus quo vixit quum alii produnt, tum Apollodorus apud Diodorum XIII, 108, narrato fine belli Peloponnesiaci hoc modo pergentem: Μικρόν δὲ τῆς εἰρήνης ὑστερον ἐτελεύτησε Δαρειός ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ... τὴν δ' ἡγεμονίαν διεδέξατο τῶν υἰῶν ὁ πρῶτος Ἄρταξέρξης (Mnemon) ... ὃν δὲ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλοδόωρος ὁ Ἀθηναῖος (in Chronicis) φησὶν ἠνθηκέναι. Floruit igitur circa annum 405 a. Chr. Suidas nihil certi de Antimacho annotatum invenit, qui scripserit: Ἄντ. ..., γραμματικὸς καὶ ποιητής. Τινὲς δὲ καὶ οἰκέτην αὐτὸν ἀνέγραψαν Πανυάσιδος τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ψευδόμενοι. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ἀκουστής καὶ Στῆσιμβρότου. Γέγονε δὲ πρὸ Πλάτωνος. In quibus mirabile est Antimachum Panyasidis simul et Stesimbroti auditorem vocari: quorum alter, ut supra dictum, anno 457 extinctus esse videtur, alter Pericli superstes erat, si premere volumus verba Athenæi XIII, p. 589, E. Sed « grammatici (ut Nækii verbis utar de Chærilu p. 21 sq.) ho-

minibus inclytis magistros quærent inclytos, et sine magistro esse vix ullum patiuntur. Ita nonnunquam factum est, ut magistros et discipulos dixerint eos, inter quos illud doctrinæ commercium fuisse vel non probabile est, vel esse non potuisse demonstrari potest. » Panyasin in antiquæ poeseos epicæ imitatione excepit Antimachus: nam Chærilum, ut vidimus, non agnoscebant grammatici. Stesimbroti studia Homérica (v. Wolf. Proleg. in Hom. p. cxxii) in causa fuisse videntur, ut Antimacho darent magistrum.

De vita Antimachi ex teste certo, in *Lydes* fragmentis ponendo, hoc solum didicimus, poetam Lydes sive amicæ sive uxoris amore corruptum, in Lydiam, Sardes ut videtur, se contulisse; qua mortua rediisse Colophonem et elegiacis carminibus scribendis dolorem sefellisse. Præterea Plutarchus in Vita Lysandri (c. 18) hæc narrat: Ἀντίμαχου τοῦ Κολοφωνίου καὶ Νικηράτου τινὸς Ἑρακλεώτου ποιήμασι Λυσάνδρου (in Samo) διαγωνισαμένων ἐπ' αὐτῶν (Lysandro iudice), τὸν Νικηράτον ἐστεφάνωσαν· ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἀβουθεὶς ἤφάνισε τὸ ποίημα. Πλάτων δὲ νέος ὢν τότε καὶ θαυμάζων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ, βαρέως φέροντα τὴν ἥτταν ἀνελάμβανεν καὶ παρεμβέτο, τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι τὴν ἀγνοίαν, ὡς τὴν τυρότητα τοῖς μὴ βλέπουσιν. Et apud Ciceronem, Bruto c. 51, § 191: *Nec enim posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, Clarium poetam, ferunt; qui quum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum illud quod novistis volumen suum, et eum legentem omnes præter Platonem reliquissent, « Legam, inquit, nihilo minus: Plato enim mihi unus est omnium millium. »* Quibus statim subjiciamus de eodem Platone

Suidas: Antimachus, grammaticus et poeta. Sunt qui servum fuisse retulerint Panyasidis poetæ, sed prorsus fallunt. Erat enim auditor ejus, similiter ac Stesimbroti. Vixit ante Platonem.

Plutarch. Lys.: Quum Antimachus Colophonius et Niceratus quidam Heracleota in Lysandri festo carmini-

bus certarent, Lysander, iudex certaminis, Niceratum coronavit. Quod tam ægre tulit Antimachus, ut carmen suum aboleret. Plato autem, illo tempore juvenis, admirans Antimachi facultatem poeticam, solabatur poetam, qui se superatum dolebat, et hoc dicto erexit, inscitiam malum esse ipsam inscitiam, ut cæcitatem illi qui non vident.

Antimachi studioso Heraclidæ Pontici testimonium gravissimum, servatum a Proclo, Comment. in Plat. Tim. I, p. 28 med. : Ἐπερ τις ἄλλος καὶ ποιητῶν ἀριστος κριτὴς ὁ Πλάτων. ... Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς φησὶν ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκίμουσιν Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὔτιμησεν, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἔλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλιμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητὰς. Notum igitur et testatum erat Platonis de Antimacho iudicium; ac sine dubio cum aliis ejusdem viri in re poetica apud Alexandrinos multum jactabatur. Quæ res si ad narrationes illas Plutarchi et Ciceronis adhibetur, non potest quin suspicionem augeat ex illarum comparatione sponte oborientem. Iis enim si credimus, Plato bis auditor erat Antimachi, primum quum juvenis esset viginti quattuor annorum, deinde quum vir fama maxima florens; his solabatur Antimachum ipse solus. Sami autem adfuisse Platonem anno 404, Athenarum victorem sectatum, nihil in ceteris documentis loquitur; Lysandriis, Samiorum novo festo et quasi privato, certasse Antimachum ipso illo anno, quem tanquam floris ejus annotat Apollodorus, victum etiam ab Nicerato *quodam* (fortasse eodem, in quem ἡττημένον ὑπὸ Πράττος βαψφοῦντα dictum Thrasymachi memorat Aristoteles Rhetor. III, 11), sane non credibile est. Insunt autem alia quoque in his narrationibus, quæ fictas esse, fortasse non sine ironia, ex cognito illo Platonis iudicio et Antimacheæ poeseos doctæ nec popularis indole demonstrant. Luculenter de ea re exposuit Welckerus, de Cyclo epico p. 105 sqq., in quo capite scepsin agnosco sanissimam et iudicium ex ipsa rei natura ductum, quamquam ne memoratum quidem a Bodio in Historia poetarum Græcæ (vol. I, p. 515).

Antimachus viam a Chæriilo monstratam non est persecutus, sed doctrinæ et ingenii vim omnem ad veteres mythos reflexit. Homeri, cujus carmina scriptis illustravit et emendavit, studio nutritus (v. Tatian. Adv. Græcos p. 269, A éd. Bened.; Wolf. Proleg. p. CLXXXI sqq.), epos ingens, *Thebaidem*, composuit. De cujus ambitu hæc Porphyrius ad Horatii A. P. 136: *Antimachus fuit Cyclicus poeta. Hic aggressus est materiam, quam sic extendit, ut XXIII volumina impleverit antequam septem duces usque ad Thebas*

produceret. Hoc per se videri potest incredibile: interim certo testimonio constat, narrationem de epulis quibus Adrastus domi suæ excepit duces collectos, exstitisse in libro quinto; deinde ex fragmentis hoc effici potest, poetam in itinere exercitibus ingendo ad mythos locorum, quos ille transiit, esse digressum. Quare, etiamsi non tenemus numerum illum Porphyrius, latissime tractata fuisse omnia et quam possint plurima ex mythis congesta apparet. Horatii versum de Homero, qui

reditum Diomedis ab interitu Meleagri

non orditur, ad Thebaidem refert Acron (ad A. P. 136). Et hos ipsos fuisse terminos carminis (ut observat Welckerus de Cyclo ep. p. 103 sq.), pro certo haberi potest: nam Meleagri mors in caussa erat, cur post Melanis filiorum Oeneo insidiatorum cædem Tydeus ex patria abigeretur; Diomedis reditu plane implentur promissa Adrasti de reducendis generis. Et Epigonorum res complexam esse Thebaidem, scholiastæ Aristophanis etiam error monstrare videtur, ad Pacis v. 1269, ἀρχὴ τῶν Ἐπιγόνων Ἀντιμάχου, quum sit Alcæonidis initium. Fortasse illa pars Thebaidis immensæ separatim ferebatur nomine Ἐπιγόνων, et hac de caussa prius periit. Nam paucissima ex ea servata sunt, indicia tamen non ita tenuia, ut Epigonos cecinisse Antimachum sine temeritatis periculo neges. Adde quæ diximus ad fragm. 34.

Tractationem rerum mythographicam fuisse, ipsa fragmenta ostendunt: hinc cyclici poetæ ingenium veteres in eo agnovisse demonstravit Welckerus. Quintilianus Inst. X, 1, § 53: *In Antimacho vis et gravitas et minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei secundas fere (post Homerum) grammaticorum consensus deferat; et affectibus, et jucunditate, et dispositione, et omnino arte deficitur, ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum.* Dispositionis Antimacheæ, quæ mythos ex mythis sereret, quasi speciem superesse credo in garruli descriptione apud Plutarchum. Unus, inquit (p. 513, A, B), interrogatus, Intusne Socrates? respondet tanquam invitus, Non est; alius paullo humanior, respondet, Non est intus, sed ad mensas: ὁ δὲ περιττός καὶ ἀδολέσχης, ἄν γε δὴ τύχη καὶ τὸν Κολοφώνιον ἀνεγνωκώς

Proclus: Poetarum quoque, si quis alius, optimus iudex erat Plato. Heraclides enim Ponticus eum narrat, quum illo tempore Chæriili carmina in summo honore haberentur, prætulisse scripta Antimachi: adeo ut ipsi

Heraclidæ suaderet, proficisceretur Colophonem et conquiret hujus viri poemata. Frustra blaterant ergo Callimachus et Duris, quasi Plato non esset kloneus iudicandis poetis.

Ἄντιμαχον (*præsertim si legit Antimachum*), Ὀδύ-
 ένδον, φησιν, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, ξένους ἀναμέ-
 νων Ἴωνας, ὑπὲρ ὧν αὐτῷ γέγραφεν Ἀλκιβιάδης
 περὶ Μίθων ὧν καὶ παρὰ Τισσαφέρην διατρέβων, τῷ
 τοῦ μεγάλου σατραπῆ βασιλέως, δεσπότην μὲν ἐβόηθει
 Λακκαδαμῶνι, νῦν δὲ προστίθεται δι' Ἀλκιβιάδην
 Ἀθηναίῳ· ὁ γὰρ Ἀλκιβιάδης ἐπιθυμῶν καταλεθεῖν
 εἰς τὴν πατρίδα, τὸν Τισσαφέρην μετατίθησι, κτλ.
 Quid videtur? scio non dicturum fuisse Plutar-
 chum, *Garrulus, præsertim si legit Antimachum,*
sic respondet, nisi in tali responso mos Anti-
 machi, quem probe cognitum habebat homo
 doctissimus, animo ipsius sese obtulisset.

Dicendi genus Antimachi et compositio ad
 vivum pingitur a Dionysio Halicarn. in *Censura*
 vett. scriptt. p. 419: Ἄντιμαχος δ' εὐτόνιας καὶ
 ἀγωνιστικῆς τραχύτητος (ἐφρόντισιν) καὶ τοῦ συνήθους
 τῆς ἐξαλλαγῆς· in libro de Compos. verb. p. 300
 ed. Schæf., dum una cum Pindaro et Æschylo
 Antimachum refert inter exempla τῆς αὐστηρῆς
 ἁρμονίας, et a Plutarcho Vita Timol. c. 36: Ἡ
 μὲν Ἀντιμάχου ποιήσεις καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφῆ-
 ματα, τῶν Κολοφώνων, ἰσχυρὰ ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκ-
 βαδισμένους καὶ καταπόνους ἴσους, ταῖς δὲ Νικομά-
 χου γραφαῖς καὶ τοῖς Ὀμήρου στίχοις μετὰ τῆς ἀλλῆς
 δυνάμειος καὶ χάριτος πρόσσει τὸ δοκεῖν εὐχερῶς
 καὶ βραδύως ἀπειργάσθαι. Et Proclus In Timæum
 Platonis I, p. 20 fin.: Καὶ γὰρ εἰ τι τεχνικόν ἐστὶ
 παρὰ τινι τῶν ποιητῶν ἕλος, πολλὸν τὸ μεμηχανημέ-
 νον ἔχει καὶ στομφώδες, μεταφοραῖς χρώμενον ὡς
 τὰ πολλὰ, καθάπερ τὸ Ἀντιμάχειον. (Jacobsius, ali-
 cubi proferens hunc locum, scribit καὶ στομφώδες,
 et *spongiosum*, quod non credo voluisse Proclum.)
 Hinc multa ab reliquorum illa ætate omnium usu
 maxime recedentia ex ipso notabant gram-
 matici, et Cicero, argumenti simul respectu, The-
 baidem appellat (Brut. c. 51) *poema reconditum*;
 denique Spartianus, cap. 15 de Hadriano, Anti-
 machi carmina fere oblivione sepulta eruente et
 Homericis præferente (Dio Cass. LXIX, 4), *libros*
obscurissimos, Antimachum imitando, scripsit.
 Sed quod Catullo (cxv, 10) audit *tumidus*, id de

abundanti longitudine carminum ejus dictum est,
Cinnæ parvis monumentis opposita. V. Weicher-
 tum Poetar. Lat. reliq. I, p. 182.

A criticis Alexandrinis in canone Epicorum
 positus est: quod nos sine disceptatione et va-
 rietate studiorum et sententiarum factum esse
 supra in Chæriilo tetigimus. Chæriilo potius fave-
 bat Euphorio. Callimachi judicium in Lyde vi-
 debimus; quædam, quæ ad singula spectant, in
 fragmentis. Ab laudantium partibus stat Antipa-
 ter Thessalonicensis (Anthol. Palat. VII, 409):

Ὅθριμον ἀκαμάτου στίχον αἶνεσον Ἀντιμάχου,
 ἄξιν ἀρχαίων ὄφρ' οὐδ' ἡμιθέων,
 Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὐδ'
 Ἰλλυαίης, εἰ ζαλοῖς τῶν ἀγέλαστον ὄπα,
 εἰ τῶν ἀτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
 μάται. Εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὀμηρος ἔχει,
 καὶ Ζεὺς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ' Ἐνοσίχθον
 τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὑπατος
 καὶ ναετῆρ Κολοφῶνος ὑπέστρακται μὲν Ὀμήρῳ,
 ἀγεται δ' ἄλλων πλάθεος ὀμνοπόλων.

Ubi observa laudatoris verbis, εἰ ζαλοῖς τῶν ἀγέ-
 λαστων ὄπα, confirmari illa Quintiliani, *affectibus et*
jucunditate deficitur. Ceterum Antimachi exem-
 plum maximi momenti fuisse in eo poeseos ge-
 nere conformando, quod ab Alexandria nomen
 ducit, pulchre demonstravit Nækius de Chæ-
 rilo cap. 9, p. 69 sq.: in quo capite de Antimachi
 et Alexandrinorum sermone multa perite disse-
 runt. De Nicandro Antimachi imitatore diserte
 tradidit scholiastes Theriac. c. 3: Ἔστιν ὁ Νικαν-
 δρος ζηλωτῆς Ἀντιμάχου· διόπερ ἐν πολλοῖς διαβί-
 β. ad fr. 5.

De ceteris carminibus Antimachi ad ipsa eorum
 fragmenta dicemus. Superest ut commemoremus
 eos qui olim in poesi ejus et sermone explicando
 posuerint operam. Servata est autem memoria,
 primum Dionysii Phaselitæ, cujus quædam ἐκ
 τοῦ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως citat vetus scri-

Dionysius: Antimachus nervosum dicendi genus et
 contentiosam asperitatem sectabatur, et perpetuam novi-
 tatem. — Exemplum est severæ et austeræ compositionis.

Plutarchus Timol.: Colophoniorum Antimachi poesis
 et Dionysii pictura, vim habent et nervos, sed similes
 sunt rebus labore expressis et operosis, quum Nicomachi
 imagines et versus Homeri præter reliquam virtutem et
 gratiam hoc quoque habeant, ut facili manu condita esse
 videantur.

Proclus: Si artificiosa est in poetarum aliquo subli-
 mitas, multa habet operosæ quæsitæ, multum verborum
 strepitum, metaphoris plerumque utens, ut est genus An-
 timacheum.

ANTIPATRI EPIGRAMMA.

Antimachi fortes numeros est carmina lauda,
 heroum veterum digna supercilio;
 formata Aoniis incedibus, auris acuta
 si tibi, si tua mens ora severa probat,
 nullius pede trita juvat si te via. Quodsi
 Pieriæ sceptrum laudis Homerus habet,
 vincit Neptunum quoque Juppiter; attamen ille
 tam dīs est major, quam Jove rege minor.
 Sic uni cedit civis Colophonis Homero,
 sed colit hunc vatium cetera turba ducentem. Hæc.

ptor Vitæ Nicandri; deinde Philonis, cujus eis τὰ ῥηματικά Ἀντιμάχου observatio citatur ab Etymologo M. p. 4, 8 (Καταχρήνη fr.); tum Longini, qui λέγει Ἀντιμάχου scripsit secundum Suidam (conf. Ruhnken, de Longino p. xlv ed. Paris.), Platonis, ut videtur, de Antimacho judicium probans (conf. Proclus In Pl. Tim. I, p. 28 med.). Silenum quoque in Glossis, quibus sæpe utitur Athenæus libro XI, Antimachea exposuisse dubium esse non potest. Deinde Porphyrius in Vita Plotini c. 7, p. 104 ed. Fabricii (B. Gr. vol. IV) narrat: Συνῆν δὲ (Πλωτίνῳ) καὶ Ζωτικῶς, κριτικῶς τε καὶ ποιητικῶς, ὅς καὶ τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικὰ πεποιήται καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν (λόγον) εἰς ποίησιν μετέβαλε πάνυ ποιητικῶς. Sic Callistratus Διορθωτικὰ scripserat in Homerum. Quo pertineat Lycophronis mentio apud Eusebium (in fragm. 34), definiri non potest. De Antimachi vita et poesi egerat etiam Rufus in Historiæ musicæ libro 6; cujus narrationem in Collectanea sua retulit Constantini M. ætate Sopater sophista, ut tradidit Photius Bibl. cod. 161, p. 103, 37. Idem Photius (cod. 167, p. 114, 29) Antimachum recenset inter eos poetas, quibus ad Florilegium condendum usus fuerit Joannes Stobæus; sed hodie in lemmatibus non amplius exstat hoc nomen. Etiam grammatici multa sine nomine poetæ proferunt, in quibus Antimacheus color agnoscitur: verum in tanta similis studii poetarum multitudine periculosum erat talia recipere.

ΘΗΒΑΙΣ.

I.

Eustath. in Hom. II. A, 1, p. 9, 44: Ἄειδε].... Τῷ δὲ Ὀμηρικῷ τούτῳ σχήματι πολλοὶ καὶ ἄλλοι ἐνηλλαίσαντο οὐ μόνον γὰρ Ἡσίοδος ἐκ τῆς τῶν Μουσῶν ἐπικλήσεως ἀρχεται, ἀλλὰ καὶ Ἀντιμάχος Ὀμηρικῶς ζήλω φησίν.

Ἐννέπετε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θυγάτρεις.

THEBAIS.

1.

Non solum Hesiodus a Musarum invocatione orditur, sed Antimachus quoque Homerum imitatus ita loquitur:

Dicite Saturnii Jovis magni filiaë.

2.

Etiam illa Antimachi poetæ ratio (ad amplificandum) utilis, ut quæ rei non insunt dicas; quod ille facit de Teumesso,

Est quidam vento expositus parvus collis: nam hoc modo augeri potest res quæ describitur in initium.

In Thebana regione sunt etiam Therapnæ et Teumessus,

Ap. scholiastam p. 1, 25, male Κρονίωνος. Dubium esse non potest quin hic versus exordium Thebaidis sit habendus; quod Lambinus observavit ad Horatii A. P. 146. Conf. Villoison. Prolegg. in Hom. p. 24.

II.

Aristot. Rhetor. III, 6: Καὶ τὸ Ἀντιμάχου χρησίμων, ἐξ ὧν μὴ ἔχει λέγειν, δ' ἐκείνος ποιῶ ἐπὶ τοῦ Τευμησοῦ,

Ἔστι τις ἡνεμόεις ὀλίγος λόφος.

αὔξεται γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον.

Strabo IX, p. 409 (627, B): Ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσι καὶ αἱ Θεράπναι καὶ δὲ Τευμησός, ἐν ἐκδόμησεν Ἀντιμάχος διὰ πολλῶν ἐπιῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος.

Ἔστι τις ἡνεμόεις ὀλίγος λόφος.

γνώριμα δὲ τὰ ἔπη. Sequebatur celeberrima, ut ex his apparet, olim descriptio Teumessi. Lepidus est error interpretis, *vanis laudibus celebrans*. « Sententia eorum versuum, inquit Schellenbergius, ejusdem fere tenoris debuit esse, ut in Homeri Od. Δ, 566 sq., ubi de Elysio loquens, *non nives ibi esse ait, non hiemem, neque imbrem, etc.* (coll. Od. Z, 431 sqq.). Sed noster in cumulandis negationibus, pro loquacitate sua, minus sibi videtur temperasse, ut ejus locus in arte exemplo magis idoneus existimari potuerit. » Præcessisse hæc fragmentum sequens, in ipso apparebit.

III.

Stephanus Byz.: Τευμησός, ὄρος Βοιωτίας ... Ἐκλήθη δ' οὕτως, ὡς Ἀντιμάχος πρώτῳ Θηβαίῳ:

Οὐνεκά οἱ Κρονίδης, ὅς δὴ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει, ἄντρον ἐνὶ σκηνῇ τευμήσατο, τόφρα κεν εἴη Φοίνικος κούρη κεκευθμένα, ὡς βαῖ μὴ τις μὴδὲ θεῶν ἄλλος γε παρέξ φράσσαίτῳ κεν αὐτοῦ.

Ad hos versus spectans Etymol. M. p. 755, 50: Τευμήσατο · παρεσκευάσατο, ἐτεχνήσατο. Εἰρηται δὲ ὅτι τὸν Τευμησὸν τὸ ὄρος ὑπὸ τοῦ Διὸς κατασκευα-

quem Antimachus multis versibus exornavit, eas laudes recensendo quæ non insunt:

Est quidam vento expositus parvus collis. Sed noti sunt illi versus.

3.

Teumessus, mons Boeotiaë..... Sic autem vocatus fuit, ut Antimachus primo Thebaidis:

Quare Europæ filius Saturni, qui magnum in omnes imperium exercet, antrum in tecto loco struxit, ut tum esset Phœnicis filia abscondita, quo ne quis eam vel deorum alius sciret (ubi esset) præter ipsum.

Etym. Teumessum montem ab Jove structum fuisse dicunt, ut Europam in eo occultaret; quare dictum Teumessum, ab τευμήσασθαι, *extruere*.

σθέντα εἰς ἀπόκριψιν τῆς Εὐρώπης ἀπὸ τοῦτου κλη-
θῆναι Τευμησὸν, ἀπὸ τοῦ κατασκευάσθαι. V. 1, οἱ,
Europæ. Codd. δς μέγα πάντων ἀνάσσει, quod ut
edidimus correxit Schellenbergius; melius, opi-
nor, quam Düntzerus, δς δὴ πάντων μέγ' ἀνάσσει.
Qui recte explodit Schneidewini commentum
(ad Ibycum p. 19), etiam versus male consulens.
V. 2 vulgo σκηῖ, quod metro repugnat. Meine-
kiius ad Euphor. p. 129, correxit ἐνὶ στή (He-
sychius: Στία, στενοχωρία ἢ λιθοκοπία), Schneide-
rus in Lexico citat ἐνὶ σκοπιῇ, ipsius emendatio-
nem an critici alius ignoro. Vratislaviensis codi-
cis scripturam σκηῖ, ut nunc res est, tenendam
esse puto. Collem quum per singula descripserit
Antimachus, fieri potest ut locum quendam ibi
distinxerit obumbratum, in cuius recessu Jupiter
antrum struxerit. Eum autem σκηῖν poterat ap-
pellare, vel σκηῖς vocabulo in mentem revocare
lectoribus. V. 3 idem codex κούρη κεκυθμένα,
ceteri (etiam Parisini) κούρα κεκυθμένα. Meine-
kiius ibidem: « Fortasse dederat poeta: Φοίνικος
κούρη κεκυθμένη. Nec enim placet in quod quis
incidit κεκυθμένη » (et multo etiam minus
Düntzeri κούρη γε κεκυθμένη). At præter Etymo-
logum l. c. etiam Pausanias in eadem narratione
occultandi verbo utitur, IX, 19, 1: Ἐπὶ ταύτῃ τῇ
λεωφόρῳ χωρίον ἐστὶ Τευμησός. Εὐρώπην δὲ ὑπὸ
Διὸς κρυφθῆναι φασιν ἐνταῦθα · ut illa notio nulla
cum probabilitate videatur ex his versibus ex-
pelli. Verbi κεύθειν vestigia, ut res est, sine teme-
ritate non deserentur. Fortasse structura alia
erat: τόφρα κεν εἶη (nimirum τὸ ἄντρον) Φοίνικος
κούρη (velut κεύθος, ut Æschylus Suppl.
777: Φύγωμεν ... κελαινὸν εἰ τι κεύθος ἐστί που).—
Deinde codices δς βὰ μὴ τις, præter Vratislaviensem,
qui ἔ fortuna optima servavit. Ὡς coniecit
Schellenbergius, et versus sequentem correxit,
in quo codd. παρέξ (Vrat. πάρος ἐξ) φράσαι τὸ κεν
αὐτοῦ. Jan: præteriri potest Meinekii de his sen-
tentia. Addam Jacobsii tentamen ingeniosum (ad
Porsoni Advers. p. 320): τόφρα κεν εἶη (scil. αὐτὸς)
Φοίνικος κούρη τε κεκυθμένος ὡς ἄρ' ἄκοιτις μηδὲ θεῶν
ἄλλος γε ... φράσσαιτο, μὴ ante ἄκοιτις omissio, ut in
talibus aliquoties factum; et mira hæc Parado-
xographi rerum Thebanarum (vol. I, p. 156):
« Istos versus mihi ego sic legere consuevi:

Ὄβνεκ' ἐκεῖ Κρονίδης, δς καὶ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει,
ἄντροφ' ἐνὶ σκηῖν τευμησάτο· τόφρα κ' ἐνείη
Φοίνικος κούρη τε κεκυθμένη, ὡς βὰ ἔ μὴ τις

4.

Antimachus in primo libro Thebaidis :
Quales erant reges Ægialensium.

μηδὲ θεῶν ἀλοχόν τε παρέξ φράσσαιτο κεν αὐτοῦ.

Vel in v. 2 ἄντρον ἐν Ἰσμήνῃ, vel ἐπ' Ἰσμηνῆ.
Non explicuit quid sibi velit versibus 3 et 4
particulæ τε, hoc observasse contentus: « αὐτὸ
aptum esse ex παρέξ ostendit libri Vrat. scriptura
πάρος ἐξ, nimirum ab iis conflata, qui idem esse
cognoscent πάρος δωμάτων et παρέξ δωμάτων. »
Librarii esse credideram παρ' ἐξ ita legentis quasi

scriptum esset παρ' ἐξ.

Ex hoc fragmento apparet Antimachum res
Thebanas ab ovo incipisse, in iisque primordiis
minime breviter esse versatum. In fine Stephanus:
Καὶ τὸ ἐκ τόπου Τευμησθέν, καὶ τὸ εἰς τόπον
Τευμησόνδε. Ἀντίμαχος ἐν πρώτῳ Θεβαίδος.

IV.

Etymol. M. p. 189, 6: Βασιλεύτωρ· παρὰ τὸ
βασιλεύω. Ἀντίμαχος ἐν πρώτῃ Θεβαίδος·

Ὅσοι ἔσαν βασιλεύτορες Αἰγυπτῶν.

Edebatur οἱ οἱ, sed cod. Bibl. Regiæ 346 αἰ,
quomodo scribendum esse viderat Meinekiius ad
Euphor. p. 146. Αἰγυπτῶν, i. e. Græcorum (v.
Meinek. l. c.), debetur Valckenario. Cod. αἰγυπτῶν.

V. (5, 6 Schell.)

Priscianus VI, 18, p. 722=283: « Tydeus Ty-
dei. In hujuscemodi tamen terminatione quedam
inveniuntur mutatione *eus* diphthongi in *es* lo-
gam prolata, ut Ἀχιλλεύς, Achilles, Περσεύς, Per-
ses, Οὐλιξεύς, Ulixes. In quo Dores sequimur,
qui pro Φυλεύς Φύλης, pro Ὀρφεύς Ὀρφης et
Ὀρφην dicunt, pro Τυδεύς Τύδης. Sic Antimachus
in I Thebaidos:

Τύδης τ' Οἰνείδης.

Et vocativum in *e* productam,

Τὸν καὶ φωνήσας προσέφης, Οἰνήϊα Τύδη,

teste Herodiano, qui hoc ponit in I Catholicorum.
Fortasse Herodianus eo in libro pluribus nota-
verat Dorismum Antimachi, de quo ut de re ex-
plorata loquitur scholiastes Nicandri ad Theriac.
3. In versu Antimachi (qui ex alio libro ac
primo esse potest) ζωγρήσας ap. Schellenb. est er-
ror veterum aliquot editionum Prisciani. Præ-
clare de toto hoc loco meritis est Schneidewi-
nus ad Ibycum p. 143, 161 et 231, cuius ratio-
nes indubiis codicum vestigiis comprobatas se-
quimur. Editum erat Ὀδυσσεύς, Ulixes . . . φιλεύς

5.

« Tydes Œnides, » pro Tydeus.
Hunc inde verbis allocutus es, Œneie Tyde.

φθῆς . . . προσέφη, Ολυμένη Τύδη, postremum recte, nisi Schneidewini codices alterum perspicue monstrarent.

VI (7).

Stephanus Byz. : Κύνθος· παρ' Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θεβαίδος. Recte statuere videtur Schellenbergius, non montem Deli insulæ hoc loco dici, notum omnibus et Antimachi auctoritate minime indigentem; sed antiquum nomen ipsius insulæ significari. Steph. v. Δῆλος: Ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος ἀπὸ Κύνθου τοῦ Ὀμιανοῦ. Apud Plinium H. N. IV, 22, *Cynthia* (si vera est scriptura) inter antiquas appellationes Deli recensetur.

VII (8).

Apollon. Dysc. De pronom. p. 113, C: Τὸ πλῆρες σφῶς· παρὰ δὲ (sic Salmasius, locum e codice proferens ad Solin. p. 598, B: editio γὰρ) Ἀντιμάχῳ ἐν τρίτῃ Θεβαίδος·

Τῷ καὶ σφῶ γέλιντο μήτηρ·

καὶ ἐν πρώτῃ,

Ἄσπασίως δὲ σφῶ ἄγεν οἶκαδε,

quod σφῶ scribi poterat, nisi debebat. Ad Tydeum et Polynicem ab Adrasto exceptos referri posse observavit Schellenb., a quo nolim hoc addi pro argumento, « Succurrit sedes fragmenti in libro primo, et Statius eandem rem in principio exponens. » Imo si vera est libri notatio, non temere de illa conjectura dubitaveris, licet Tydeus in eodem jam sit memoratus (fr. 5). Multo etiam minus constitui potest quinam sint illi alteri σφῶ in tertio libro, cujus digressiones ex fr. 8 auguramur. In priore versu codex τὸ καὶ, quod correxit editor Apollonii. In altero Salmasii apographum secuti sumus: editio ἀσπασίως τέ σφῶ.

VIII.

Interpres Virgilii ab Ang. Maio editi, ad *Æneid.* X, 565: *Homerus* (Iliad. A, 402 sqq.) *amicum Egæona dicit Jovis. Sed Antimachus in III. Thebaidos d. (dicū) adversum eum armatum* (cum lineola supra c. Maius *armatum*). Conf. Titanomachiae fr. 5.

Fragmenta sex quæ sequuntur petita sunt ex

descriptione epularum quibus Adrastus duces apud se collectos excepit. Athenæus libri XI initio: Παρὰ τῷ Ἀδράστῳ, ἄνδρες φίλοι, καθίσαντες οἱ ἀρισταῖς δεῖπνοῦσιν. Ea præpostero ordine legi apud Schellenbergium recte observavit Welckerus in Diariis Zimmermanni a. 1832, p. 118; sed idem si duo fragmenta (10 et 11) ex alius cœnæ descriptione (Epigonorum, ut conjicit de Cyclo ep. p. 104) huc delata esse statuit, hoc prorsus in medio relinquendum esse putō. Sunt quidem repetita aliqua pæne ad verbum, et fragmento 11 iterum post quinti libri versus quosdam posito præmittuntur verba ἀλλαχοῦ δὲ φησι. Verum in tanta prolixitate Thebaidis nescimus an non interposita digressio aliqua fuerit; deinde hoc etiam prorsus ignoramus, quid Antimacho placuerit de Homericō more eadem repetendi verbis iisdem: qui licet adversari videatur poeseos ipsius ingenio, potest tamen nonnunquam simplicitatem præ se tulisse, vel variandi et lectorem recreandi gratia. Denique ἀλλαχοῦ δὲ dixit Athenæus postquam usus erat verbis καὶ πάλιν: ἐν πέμπτῳ Θεβαίδος . . . καὶ πάλιν . . . ἀλλαχοῦ δὲ [ταύτης τῆς βίβλου] . . . ut in hoc nihil sit alterius testimonii disertissimi vim infirmans. Sed hæc Welckeri observatio quantivis pretii est, ex antiqua Thebaide hujus descriptionis argumentum petatum videri, quoniam heroes non vinum, sed mel aqua dilutum bibunt, quod in usu sacrificiorum permansit. Plutarch. Quæst. symp. p. 672, B: Μᾶλι ἦν σπονδὴ καὶ μέθυ, πρὶν ἀμπελον φανῆναι.

IX (12).

Athenæus XI, p. 475, D: Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις (φησι) ποιμενικὸν ἀγγεῖον μελιτηρὸν τὴν καλέβην εἶναι· καὶ γὰρ Ἀντιμάχος ὁ Κολοφώνιος ἐν πέμπτῳ Θεβαίδος φησὶ·

Κήρυκας ἀθανάτοισι φέρειν μέλανος οἴνοιο
ἀσχὸν ἐνίπλειον, καλέβειον θ' ὅστι φέριστον
οἶσιν ἐνὶ μεγάροις καίται μέλιτος πεπληθός.

V. 1 ἀθάνατοι huc non pertinent, etiam si κήρυκας sine offensione esset. Schweighæuser., ὁ αὐτοῖσι, Jacobsius ταγοῖσι (quos Homerus quidem corripit), Düntzerus κήρυκας ἀγοῖσι, Blomfieldus κηρύξας ἀλλοῖσι, quorum nihil probabilitatis exi-

6.

Cynthus [*appellabatur Delus insula*] apud Antimachum, libro primo Thebaidis.

7.

Antimachus in primo libro Thebaidis:

Comiter ambos duxit domum,
et in tertio:
Cui ambos peperit mater.

9.

Nicander Colophonius, in Glossis, pastoritium vas esse dicit *celebam*, in quo servetur mel. Nam Antimachus Colophonius quinto libro Thebaidis ait:

Præcones (jussit) ducibus (?) afferre nigri vini plenum utrem, et *celebeum*, quodcumque optimum in sœdibus suis repositum esset, melle repletum.

miss. Si jussa Adrasti his verbis continentur ('Αδραστος ἐκλινας φέρειν), videri potest paullo post secutum esse fr. 10, quo suam orationem in ipsa verba Adrasti flexerit poeta. V. 2 vulgo καλεβήιον στιφ. Cod. Marc. καλέβειον, cui θ' subjunxit Schweighæuserus, cogente re ipsa. 'Ενίπλειον Casaub. Marc. ἐνίπλειον. Blomf. ἀσπὸν ἐοί πλειον.

X (10).

Athenæus post verba in fr. 13 posita, C: Καί πάλιν·

'Ἄλλοι δὲ κρητῆρα πανάργυρον ἠδὲ δέπαστρα οἰσόντων χρύσεια, τὰ τ' ἐν μεγάροισιν ἐμοῖσι κείαται.

V. 1 ἄλλοι cod. Marc., quod jam conjecerat Schellenb.; ceteri ἄλλοις et ἄλλοις. Deinde ἠδὲ Dindorfius ex codice Laurent. Reliqui ἠὲ δ. Verba Adrasti.

XI (11).

Idem ibid.: Κἀν τοῖς ἐξῆς δὲ φησὶ·

Καὶ χρύσεια δέπαστρα καὶ ἀσκηθὲς καλέβειον ἔμπλειον μιλίτος, τὸ βᾶ οἱ προφερέστερον εἶη.

Inferius, p. 475, E, repetitis versibus iisdem subjicit: Σαφῶς γὰρ νῦν καλέβειον ἀντὶ ἀγγεῖου τινὸς τίθειαι προσιπῶν ποτήρια δέπαστρα. Verba Adrasti ab alio relata.

XII (13).

Idem post. versus in fragm. 9 positos: Καί πάλιν·

'Ἀτὰρ ἀμφίθετον καλέβειον εἰόντις ἔμπλειον μιλίτος, τὸ βᾶ οἱ προφερέστερον ἦεν.

Schellenb. προφ. εἶη, calami lapsu. Præcones exsequuntur jussa Adrasti. De ἀμφίθετος v. Athenæum p. 501.

XIII (9).

Idem XI, p. 468, A: Σαίληνός καὶ Κλειταρχὸς ἐν Γλώσσαις, παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια δέπαστρα

καλεῖσθαι. Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος φησὶν·

Πάντα μάλ', ὅσσ' Ἀδραστος ἐποιοχόμενος ἐκλινας βεβήμεν· ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἀσκηθὲς μίλι χεῦσιν ἀργυρῶν κρητῆρι, περιφραδέως κερώσαντες· νόμησαν δὲ δέπαστρα θεῶς βασιλεῦσιν Ἀχαιῶν ἐνοχηρῶ ἐστιῶσαι, καὶ ἐς λοιπὴν χεῖον εἶδαρ χρυσεῖη προχόω.

Initium pendet a verbo quodam præcedente. V. 2. codd. χεῦσιν, Laur. χεῦσιν, Schellenb. χεῦσιν. V. 5 ἐνοχηρῶ debetur Jacobsii ingenio. Apollonius Rh. I, 912, de remigibus: Ἐνοχηρῶ ἐζόμενοι. Alibi ἐπισχηρῶ. Cod. Marcian. ἐκχέρος, ceteri ἐκ χηρῶ. Deinde codd. ἐστιῶσαι, unus ἐστιῶσαι, quod correxerunt Schweighæuserus et Porsonus (Advers. p. 108 ed. Lips.).

XIV (14).

Idem XI, p. 482, F, de κυπέλλῳ disputans: Ἀντίμαχος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος·

Πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐποιοχόμενοι κήρυκες χρύσεια καλὰ κύπελλα τετυγμένα νομήσαντα.

XV (63).

Etymol. M. p. 443, 55, v. Θωάμακτρον: Τὸ ζύγαστρον παρὰ τὸ ζυγάσω ἐνήνεκται παρὰ τῷ ποιητῇ, ὡς καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ τὸ δεπαζῶ δέπαστρον, οἷον « πλῆσεν δ' ἀρ' ἐπιστράφας δέπαστρον. » Οἷον ἔργικ ἐχρησάτο τῷ σημασινομένῳ· ἐθήκαμεν γὰρ ἐπὶ τοῦ ποιητοῦ τὴν λέξιν, τὸ δεπαζόμενον· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ δεπαζόντος, ὡς εἰ πινόμενον εἰρήκασι ἀντὶ τοῦ πινότητος. Ex ipsis verbis poetæ, quæ recte emendari videntur ab Jacobsio (Animadv. in Athen. p. 252),

Ἰδῶσεν δ' ἀρ' ἐπιστίφας (τὸ) δέπαστρον, non apparet quid insolentius commiserit Antimachus. Nec satis perspicua est grammatici veteris

10.

Alii vero craterem solido ex argento, aut depastra (i. e. pocula) afferant aurea, quæ in ædibus meis reposita sunt.

11.

Et in sequentibus:

Et aurea depastra, et illibatam celebeum melle repletum, quod ei præstantissimum esset.

12.

Ceterum utrimque-stabile celebeum sumentes melle repletum, quod ei præstantissimum erat.

13.

Silenus et Clitarchus in Glossis tradunt, apud Clitioris pocula vocari depastra. Antimachus Colophonius quinto libro Thebaidos ait: (Fecerunt præcones)

Omnia quæcumque obeuntes Adrastus jusserat facere: et aquam et illibatam mel infuderunt argenteum in craterem, scite miscentes: [rum, distribueruntque prope depastra regibus Achivæ ex ordine epulum celebrantibus, et ad libationem stauræo gutturnio [tim infundebant

14.

Antimachus quinto libro Thebaidis:

Ducibus cunctis obeuntes præcones aurea cypella (pocula) pulcra fabrefacta distribu-

15.

Implevit inde admovens [coronans?] depastrum, quod ab Antimacho non recte alia ac poculi significatione dictum.

observatio, cui vix dubito quin ab recentiore Græculo assuta fuerint hæc, ὡς εἰ πινόμενον εἰρή-
μαι ἀντὶ τοῦ πίνοντος. Jacobsianæ emendationis
ignari Spohnius (De extrema parte Odys. p.
208) et Blomfieldus ἐπιστέψασα δ. Sylburgius con-
jecerat ἐπιστρέψας, quæ est scriptura codicis Reg.
2654.

XVI (15).

Strabo VIII, p. 387=594: Τοῦ δ' Ἀντιμάχου
Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ
τῶν Καυκῶνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτὸ μέχρι δεῦρο
καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν· οἱ δ' ἀπὸ
Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι καὶ
Ἄσωπίδες, Ἄργος δ' Ἰνάχιοι, κτλ. Remittit ad hunc
locum ejusdem libri, p. 345: Οἱ μὲν γὰρ καὶ Ἰλν
τὴν νῦν Ἡλείαν, ἀπὸ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Δύμης,
Καυκωνίαν λεχθῆναι φασιν· Ἀντιμάχος οὖν Ἐπειοῦς
καὶ Καύκωνας ἄπαντας προσαγορεύει. Ibidem p.
342, Δύμης ὑπὸ τινων Καυκωνίδος λεγομένης, ad
Antimachum quoque respicit. Ex primo loco fa-
cile corrigitur error apud Stephanum voce Δύμη,
p. 108, 17: Ἀντιμάχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν
ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, ὡς Διρκαῖας· ἔνιοι δὲ καὶ
Ἄσωπίδα. Versus ipsos servavit Tzetzes ad Ly-
cophr. 591:

Ὡς ἐπατελήτην, ὡςπερ Καυκωνίδα Δύμην
ἐπραθέτην παῖδεσσιν Ἐπειῶν ἀρχεούντες.

Principes illos Epeorum duos sine dubio esse Mo-
lionas, observat Welckerus Diariis Zimm. 1832,
p. 121. Idem heroes geminos alios quærit alteri
verbo ἐπατελήτην, nescio an sollicitè nimis. Hæc
sententia esse videtur: *Minitabantur se, ut
Dymen cepissent, (ita etiam cum alia urbe actu-
ros)*. Grammaticus de Dyme loquens sequenti-
bus opus non habebat. Ὡς igitur vocabulum,
quod etiam ob proximum ὡςπερ offendit, mu-
tandum videtur in Ὡδ', vel δ' δ' ἐπατελήτην κτλ.
Omittit coddex Reg. 2724. Idem cum duobus aliis
quos inspexi, ἀρχεούντες, non, ut Viteb. alter,
ἀρχεούντε.

16.

Quum Dymen Antimachus dixerit Cauconidem, qui-
dam cognomen hoc ei impositum censuerunt propter
Caucones, qui, uti supra ostendimus, eo usque pertinue-
runt. Alii a fluvio quodam Caucone tractum nomen pu-
tant; quomodo Thebæ appellantur Dircaæ et Asopides,
Argos Inachium, etc.—*Supra*: Quidam totam illam, quæ
nunc Elea dicitur, regionem a Messenia Dymam usque,
Cauconiam appellatam fuisse affirmant; itaque Antima-
chus incolas universos Epeos et Cauconas nominat.
Dymen nonnulli Cauconida appellant.

Ambo minitabantur, se, ut Cauconidem Dymen
destruxissent filiis Epeorum imperantes,....

XVII (16).

Stephan. Byz. v. Δύμη: Λέγεται καὶ Δύμιος.
... Ἀντιμάχος ἐν πέμπτῳ Θηβαϊδος·

Ἐν δὲ σὺ τοῖσι μάλα πρόφρων ἐπίουρος ἀμορβῶν
ὠμίλησας, ἕως διεπέρσατε Δύμιον ἄστου.

Ita hos versus integritati restituit Jacobsius Anim.
ad Athen. p. 258. Codex ἐπίουρος et ὠμίλησας
ὡς. Düntzerus, quem hæc fugerant, ὠμίλησας,
ὡς. Etym. M.: Ἄμορβός· σημαίνει καὶ τὸν ἀκολου-
θον, ὁ ἅμα τινὶ ὄρμῶν. Welckerus: «Ita Adrastus
vel Tydeus alloquitur eorum bellatorum unum,
qui Oleni occupationi adfuerat: nam Δύμιον
ἄστου Olenus est, quia Achivi Dymen traduxe-
rant Olenios. Strabo VIII, p. 386. Et p. 388:
Ἐχουσι δὲ Δυμαῖοι τὴν χώραν.» Hæc ex sermoni-
bus petita videntur inter epulas habitis.

XVIII (93).

Scholiasies Homeri II. Δ, 400, de Tydeo: Ἀν-
τίμαχος δὲ φησὶν, ὅτι παρὰ συφορβοῖς ἐτέραφη·

XIX (29).

Scholiasies Æschyli Septem 553 Stanl.: Παρ-
θenoπαῖος Ἀρκάς.] Ἀντιμάχος φησὶν Ἀργεῖον αὐτὸν,
οὐκ Ἀρκάδα. Omnium fere consensu Arcas, sed
quomodo Argos ipsi velut altera patria facta,
plenius aliis narrat Euripides Suppl. 888-898.
Hinc Ἀργεῖος epitheto non negari Arcadem natu
fuisse dicerem, nisi Euripides alio loco (Phœn.
1153) ita loqueretur:

Ὁ δ' Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος, Ἀταλάντης γόνος,

qui versus ostendit ab aliquibus eum simpliciter
Argivum olim esse habitum.

XX (18).

Pausanias VIII, 25: Ἀντιμάχος δὲ (Arionem
equum) παῖδα εἶναι Γῆς φησὶ·

Ἄδρηστος Ταλαῶ' υἱὸς Κρηθηϊάδαο,
πρώτιστος Δαναῶν, ἐδὲ αἰνῶτ' ἤλασεν ἔπῳ,

17.

A Dyme est adjectivum Dymius. Antimachus libro
quinto Thebaidos:
Inter hos vero tu prudentissimus militum dux
versatus es, usque dum destruxistis Dymiam urbem.

18.

Antimachus dicit apud subulcos enutritum esse Tydeum.

19.

Antimachus Parthenopæum Argivum dicit, non Arcadem.

20.

Antimachus e Terra genitum Arionem his versibus pro-
didit:

Adrastus Talao Cretheide natus, Achivum
primus duxit equos insigni laude superbos,

Καιρόν τε κραιπνὸν καὶ Ἄριονα Θελπουσαίον,
τόν βρά τ' Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλωος Ὀγκαίου
αὐτὴ γὰρ ἀνέδωκε, σέβας θνητοῖσιν ἰδέσθαι.

V. 1 vulgo Ταλαῖω. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1223: Ταλαῖω Ταλαῖω ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ. Hinc Ταλαῖω Siebelis. et Th. Bergkiius. Ceterum Cretheus Talai non pater erat, sed proavus. Vide paullo post. V. 2 vulgo Δαναῶν περ ἐπαινετὸ ἤλ. Codd. meliores δαναῶ νεωαινέτω, unde quam edidimus scripturam verissimam effecit Buttmanus, postea inventam in Lugduensibus excerptis. Male Blomfieldus παρ' ἐπαινετὸ ἤλ. V. 3 Valckenarius malebat Κραιρόν τε, Jacobsius (ad Anthol. Palat. p. 455), Κίρκον τε (coll. Iliad. X, 139), quia Cærus equus alibi non memoratur. Verum alia multa nomina equorum semel modo in veterum monumentis inveniuntur. Satis erat aptum equo esse nomen Cæri. Thelpusius dicitur Arion ut in Thelpusia regione natus (ibi enim situm Onceum Arcadicum), nisi poeta simul ad alteram narrationem Thelpusiorum respexit, de qua Pausanias eod. cap., ubi etiam de Apolline Oncæo.

Addimus hoc loco generis Adrasti notationem ex Antimacho petitam a scholiasta Euripidis Phœniss. 150, quem indicavit Düntzerus: Παρθενοπαιῶς ὡς μὲν Ἀντίμαχος Ἰάσονος (sic) φησὶ Ταλαοῦ τοῦ Βιάντος τοῦ Ἀμυθάνος τοῦ Κρηθίως τοῦ Αἰδίου τοῦ Ἑλλήνος τοῦ Διὸς, μητρὸς δὲ Λυσιμάχης τῆς Κερκυόνης τοῦ Ποσειδῶνος. Turbatum aliquid in initio scholii, et erratum a grammatico Adrasti genus ex Antimacho cum Parthenopæi genere apud Hellenicum comparante, ac si de eodem uterque heroe loqueretur.

XXI (19).

Idem ibid.: Ἀγεται καὶ τοιάδε· Ἡρακλῆα πολυμόντα Ἥλειος αἰτῆσαι παρ' Ὀγκοῦ τὸν ἵππον (Arionem), καὶ εἰαῖν τὴν Ἥλιον ἐπὶ τῷ Ἄριονι ὀχούμενον ἐς τὰς μάχας· δοθῆναι δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους ὕστερον Ἀδράστῳ τὸν ἵππον· Ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐς τὸν Ἄριονα ἐποίησεν Ἀντίμαχος·

Ὅς βρά ποτ' Ἀδρήστην τριτάτην δέδμηθ' ὑπ' ἄνακτι.
Schellenb. et Siebelis. βρα τὸτ'. Deinde τριτάτην δέδμη. codices Parisini teste Clavirio (unus δ' ἰδμηθ'), quo alludunt alii. Vulgo τριτάτην γ' ἰδμηθ'. Conf. fr. 6 Thebaidis Cyclicæ.

XXII (17).

Idem ibid. §. 3: Καλοῦσι δὲ Ἐρινὸν οἱ Θελπουσιοὶ τὴν θεὸν (Cererem)· ἠμολογῆι δὲ σφισὶ καὶ Ἀντίμαχος, ἐπιστρατεῖαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας καὶ οἱ τὸ ἔπος ἔχει·

Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐρινύος εἶναι ἐδὸθλον.

Qui versus fortasse in eadem expositione de Arionis origine locum habebat, ut Thelpusiorum quoque narratio (v. Pausan.) a poeta memorata fuerit. Quo spectare possit vocabulum φασὶν.

XXIII.

Schol. Pindari Ol. VI, 21: Τοὺς δὲ ἵππους αὐτῶ (Amphiarai) φησὶν Ἀντίμαχος ἀσυστάτους· οἱ δὲ Θεσσαλοὺς· ὀνόματα δὲ αὐτῶν Θέας καὶ Δίας· ὁ δὲ ἤνιχος πτότου Βάτων ἐκαλεῖτο ἢ Σχοίνιας, σηματοποιεῖς αὐτῶ. Nomina equorum et ipsa ex Antimacho memorari videntur, et alteruter aurigarum. Sed recte Meinekius ad Euphorion. p. 72 voc. ἀσυστάτους corruptum esse iudicat. Illud nemo largietur Ungero (Paradox. Theban. I, p. 475), *Antimachum* scripsisse scholiastam, quum vellet *Euphorionem*, et Ἀσθωτίως· nisi lacunam statuas, φησὶν Ἀντίμαχος ** (ὁ δὲ Εὐφορίων) Ἀσθωτίους.

XXIV (31).

Vetus scholiastes Statii Theb. III, 466, ad verba *Gemini vates*, Melampus et Amphiarus: *Dicunt poetam ista omnia ex Græco poeta Antimacho deduxisse, qui et ipse (longam Thebaidem scripsit et veteribus in magno pretio habitam. Quæ per se vage dicta sunt: sed quia huic loco, non primis versibus Statii adjecta leguntur, ex antiquiore et accuratiore notatione fluxisse statuo.*

et Cærum pernicem, et Ariona Thelpusæum, quem juxta Oncæi Phœbi nemus edidit ipsa Terra parens, cunctorum oculis mirabile monstrum.

Genus Adrasti hoc est apud Antimachum: Adrastus, Talaus, Bias, Amythaon, Cretheus, Æolus, Hellen, Jupiter: Adrasti mater erat Lysimache, Cercyonis Neptuni filii filia.

21.

Narrantur hæc quoque: Herculem cum Eleis bellantem ab Onco poposcisse Arionem; eoque invectum Elidem expugnasse, ab Hercule deinde Adrasto concessum esse eum equum. Hanc in rem de Arione scripsit Antimachus:

Tertio ab Adrasto est domitus ductore Pelasgum.

22.

Thelpusii Cererem vocant Erinny: quod ipsum nomen cum iis agnoscit Antimachus, usurpans eo carmine, quo Argivorum in Thebanos expeditionem scripsit. Versus ejus sic habet:

Delubrum Cereris fama est ibi Erinnydos esse.

23.

Amphiarai equos Antimachus narravit fuisse insociabiles (?); alii, fuisse Thessalos: nomina vero eorum sunt Thoas et Dias. Auriga eorum vocabatur Bato, aut Schœnicus, una cum Amphiarao terra absorptus.

XXV (27).

Eustath. ad Il. B, 212, p. 205, 10: Σημειώσαι δὲ ἔτι, Ὀμήρου δευτέρας συζυγίας εἰδότες τὸ καλῶν, καθὰ δηλοῖ τὸ ἐκολῶα, ὅμοιον δὲ τῷ ἔδῶα, φασὶν οἱ παλαιοὶ καὶ πρώτης αὐτὸ εἶναι παρ' Ἀντιμάχῳ, εἰπόντι,

Ὡς ἴα τότ' Ἀργείων ἐκολῶει | στρατός.

Buttmannus Lexil. I, p. 160, corrigat κολῶει, correpto φ ante vocalem. Sed recte animadvertit G. Dindorfius, deesse quædam ante στρατός, fortasse epitheton. Blomfieldus στρατός ponit ante Ἀργείων cum lacunæ signo. Aliter verba transposuerat Spohnius de extrema parte Odys. p. 209.

XXVI (21).

Athen. VII, p. 304, F, de hippo pisce: Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι λέγων οὕτως·

Ἡ ἔκην, ἡ ἔππον, ἡ δὲ κίχλην καλεῖσιν.

Recte Jonsius et alii Ἀντιμάχος ὁ Κ. Antiphani hic non est locus. In versu vulgo ἔκην. Hesychius: Ἴππος, ὁ μέγας θαλάσσιος ἰχθύς.

XXVIII (30).

Scholiasies Æschyli Septem v. 169 ed. Stanl.: Ὀγκαία τοίνυν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίους. Ὀγκα δὲ παρὰ Φοινίκην ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ Ὀγκαία πύλαι. Μέννηται τούτου (τούτων?) καὶ Ἀντιμάχος καὶ Ῥιανός. V. Ungerum Paradox. Theban. I, p. 267 694.

XXIX.

Apollon. Dysc. De pronom. p. 113, B: Διὰ τοῦ ε ἡ νῶς παρὰ Ἀντιμάχῳ ἐνηθεῖσιν (sic).

Ἐδρακε νῶς μολοῦσα.

XXX.

Idem ibid. p. 141, B, C: Καὶ ἀπ' αὐτῆς (pronome sφῶν) κτητικὴν παρ' Ἀντιμάχῳ εἰρησθαι ἐπὶ Τυδέως καὶ Πολυνεΐκους τὸ « σφωϊτέρην διζύν » καὶ διὰ τῆς δευτέρας Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνεΐκους τὸ « σφωϊτερον μῦθον », ἑαυτοῖς ἐναντιοῦνται. Prius

dictum videtur de Adrasto illos heroes apud se recipiente, σφωϊτέρην (δι') διζύν.

XXXI (28).

Stephanus Byz. v. Ἄϊα: Ἔστιν Ἄϊα καὶ Μακρόνιος πηγή, ὡς Ἀντιμάχος ἐν Θηβαΐδι. Vel ex Antimacho, ut alia passim, vel ex antiquis criticis ad Iliadis B, 850, Etymologus M. p. 27, 25: Ἄϊα καλεῖται καὶ κρήνη ἐν Παιονίᾳ. Ἄε in Azium decurrit.

XXXII (59).

Plutarch. Quæst. Symp. V, 8, 3, p. 683, F: Γραμματικοὶ τινες ἔφασαν ὑπέροφλοια (ab Empedocle) λελέχθαι τὰ μῆλα διὰ τὴν ἀκμήν· τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ ταθηλῆναι φλοῖσιν (φλοῖσιν) ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι· καὶ τὸν Ἀντιμάχον οὕτω πως « φλοῖουσαν (φλοῖ—) ὀπώρας » εἰρηκῆναι τὴν τῶν Καδμείων πόλιν. Ad quæ respicit IX, 9, p. 735, D: Τὸ μετόπωρον, ἔτε μάλιστα χλωρὰν καὶ « φλοῖουσαν », ὡς Ἀντιμάχος ἔφη, τὴν ὀπώραν γνομμένην κτλ. Ubi recte Valckenar. (ad Eur. Phœn. p. 312) et Salmasius scripserunt φλοῖουσαν, quod in altero quoque loco voluit Plutarchus (conf. Ælian. V. H. III, 41, schol. Apollon. Rh. I, 115): sed in ejusmodi lusus perpetuum est incommodum, quod oculis scribi debent, auribus non possunt.

XXXIII (20).

Apollodorus III, 6, 8: Ἀδραστον δὲ μόνον Ἴππος διέσωσεν Ἀρίων. Barthius ad Statii Theb. 11, 197, appositis his verbis: « In cujus auctoris, inquit, manuscripto exemplari Palatino in margine scriptum offendimus: Ἀντιμάχου. Ut versus ille fuerit Antimachi. » Quem Barthio melius sic scripsit Mitscherlichius:

Ἀδραστον δὲ μόνον διος διέσωσεν Ἀρίων.

Sed verum ita similiterve conceptum existisse in Thebaide non admodum verisimile est. Aliorum narrationes contulit Welckerus in Diariis Zimm. l. c. p. 153.

25.

Ita tunc Argivorum exercitus tumultuabatur.

26.

Meminit hippi piscis Antimachus Colophonius, in Thebaide, his verbis:

Athyccam, aut equum, aut quem turdum appellant.

28.

Minerva Oncea colitur a Thebanis. Apud Phœnices Onca est Minerva. Hinc Oncea porta (Thebarum). Menerunt Antimachus et Rhianus.

29.

Antimachus in Thebaide:

Conspexit mulier nos ambos accedens.

30.

Antimachus diverso modo de Tydeo et Polynece dicit « ipsorum miserationem », quæ de his concipiatur; et « ipsorum sermonem », quem Etocles et Polynece faciunt.

31.

Est etiam Ἄε fons Macedoniae, uti Antimachus in Thebaide refert.

32.

Grammatici quidam dixerunt, mala ab Empedocle diei Hyperphlaa ab vigorem. Nam apud poetas verbo φλοῖσιν significari quod est majorem in modum vigere et germenare. Ita fere Antimachum Cadmeorum urbem dixisse « florentem (s. vegetam, φλοῖουσαν) frugibus. »

33.

Servavit solum Adrastum divinus Arion.

XXXIV (51-53).

Porphyrus apud Eusebium Præpar. evang. X, c. 3, p. 467: 'Ο Ἀντίμαχος τὰ Ὀμήρου κλέπτων παραδιорθοί· Ὀμήρου γὰρ εἰπόντος (Iliad. I, 558),

Ἴδεώ θ', δε κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν,

Ἀντίμαχος λέγει·

Ἴδεώ θ', δε κάρτιστος ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν.

Καὶ Λυκόφρων ἐπαινεῖ τὴν μετάθεσιν, ὡς δι' αὐτῆς ἐστηριγμένον τοῦ στίχου. Τὸ γὰρ,

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης,

σιγῶ, Ὀμήρου κωμωδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος ἔπερ ἔθτω παπατημένον οὐκ ἄκνησεν Ἀντίμαχος μεταθεῖναι. Τοῦ δὲ (Odys. B, 234),

Λαῶν, οἷσιν ἀνασσα, πατήρ δ' ὡς ἦπιος ἦεν,

Ὀμηρικῶ ὄντος, καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ που λεγομένου (Il. II, 563),

Οἱ δ' ἐπὶ ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας,
δ' Ἀντίμαχος μεταθεῖς ἡμιστίχα, πεποίηκε·

Λαῶν, οἷσιν ἀνασσον, ἐκαρτύναντο φάλαγγας.

Absurditatem obtrectationis non opus est notari. Idas iterum memoratur fr. 105. Versum de Diomede per se momentum non facere in quæstione de Epigonis tanquam parte Thebaidis, recte dixit Schellenbergius p. 19 et 93: sed mirum ni ex Thebaide petiti sint hi tres versus, imo pro certo id haberi posse arbitror: tum vero hæc mentio Diomedis in illa quæstione non est nihili judicanda. Homericus Iliad. A, 316, similis est.

34.

Antimachus quæ ab Homero furatus est, ea paullum immutat; velut quum Homerus dixerit,

Idæ, mortales cunctos qui robore vicit,

Antimachus ita:

Idæ, mortales qui robore cunctos vicit:

quam ejus emendationem Lycophron probat, quod ea versus firmiorem reddere videatur. Nam alterum quidem illum,

His contra princeps Diomedes vocibus inlit,

taceo, quum hoc nomine Homerus a Cratino in comœdia traducatur, quod suum illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, ad satietatem inculcet. Quod usque deo tritum licet, suis tamen inserere non dubitavit Antimachus. Præterea Homericum illud est,

Eque suis populis, patrio quos more regebat,
et alterum hoc,

XXXV.

Schol. Homeri Il. Δ, 439: Δεῖμος καὶ Φόβος Ἄρεος υἱοί· πλανηθεὶς δ' Ἀντίμαχος ἵππων Ἄρεος ὀνόματα ἀποδέδωκεν·

Δεῖμος τ' ἠδὲ Φόβος πόδας αἰνετῶ, υἱὲ Θυέλλης.

De Φόβω idem testatur schol. ad N, 299. Quæ præterea Düntzerus addit tanquam Antimachi fragmentum (καὶ β' ἵππους κλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν), ea Homeri sunt Il. O, 119.

His fragmentis, quæ sine dubio ad Thebaidem referri poterant, addimus alia quæ in eadem olim lecta fuisse valde probabile est.

XXXVI (23).

Strabo XIII, p. 588=880, A: Ἐνταῦθα μὲν οὖν (ἐν Ἀδραστείας πεδίῳ) οὐδὲν ἱερὸν Ἀδραστείας δείκνυται, οὐδὲ Νεμέσεως· περὶ δὲ Κύζικόν ἐστιν Ἀδραστείας ἱερὸν. Ἀντίμαχος δ' ὅττω φησὶν·

Ἔστι δὲ τις Νέμεσις, μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα πρὸς μακάρων ἐλαχεν· βωμὸν δὲ οἱ εἴσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ βόον Αἰσθήποι, ἔθνα τετίμηται τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Versus olim celeberrimi, citati etiam ab Harpocrate v. Ἀδραστείαν, p. 6, Suida in ead. v., Eustathio Il. p. 355, 25, Apostolio Prov. I, 40. V. 2 Eust.: εἴσατο, ἤγουν ἱδρυσα. V. 3 Eust. περὶ βόον, duo codd. Harpocr. et gramm. Bekkeri Anecd. p. 342, 16, παρὰ βόω. « In versu 1 τάδε πάντα ad ea refer, de quibus ante in carmine dictum erat, forte, impiorum facinorum ultionem, justorumque remunerationem. » Schellenb. Æsepius fluvius Lyciæ Trojanæ, Hom. Il. B, 825.

At postquam hinc atque hinc densam instruxere phalangem,

quo ex utroque sumptis hemistichis Antimachus versus hunc conflavit,

Eque suis populis densam instruxere phalangem.

35.

Terror (*Dimus*) et Metus (*Phobus*) filii sunt Martis. Per errorem factum est ut Antimachus tanquam equorum Martis nomina ederet:

Terror et Metus, pedibus præstantes, Procællæ filii.

36.

In Adrasteæ campo nullum hodie Adrasteæ, nullum Nemeseos visitur templum; sed prope Cyzicum est Adrasteæ sanum. Antimachi vero sunt hæc:

Est quædam Nemesis, numen grave: cuncta dedere sorte illi superi: cui primus condidit aram [hæc Æsepi tumidum prudens Adrastus ad amnem: hic sacris colitur dea, et Adrastea vocatur.

XXXVII (26).

Schol. Nicandri Ther. 472, p. 83: 'Ο Σάος καὶ ὁ Μόσυχλος ὄρη εἰσι τῆς Σάμου. Μένονται δὲ τούτων τῶν τόπων ἐν Αἰθίῳ τε καὶ Σαμοθράκῃ, τὰς νήσους ἐκατέρων ἀπὸ τούτων σημαίνων. Ἐκαλεῖτο δὲ Σάος καὶ (omittit codex Reg. 2403) ἡ ἑλὴ Θρακικῆ Σάμος· Μόσυχλος δὲ, τὰ ὄρη τῆς Αἰθίῳ, ὡς Ἀντιμάχος·

Ἡραίου πυρὶ εἰκαλον, ἦν βα τιτύσκει

δαίμων ἀκροτάτης ὄρεος κορυφῆσι Μοσύχλου.

Cod. Reg. Ἡραίοιο. Schellenbergius observat, ἦν referendum videri ad φλόγα vel ejusmodi vocabulum, quod olim præcesserit: quamquam in verbis per se spectatis multo probabilius est ὁ βα. Librarius non satis attentus scripsisse videtur Ἡραίου πυρὶ, quum deberet φλογί. Heroem quendam cum igne comparari, probabiliter conjecit Düntzerus. De grammatici verbis prioribus dicere omittimus nihil ad Antimachum pertinentia: sed Eratosthenis versum, qui apud scholiastam fragmentum nostrum excipit, ex codice Regio emendabo. Olim legebatur, καὶ Ἐρατοσθένους, Εἰ τοι ὄσοις φαίνεσκε ... Schneiderus ex codice, ut ait, Gottingensi scripsit, Καὶ Ἐρ. φησί· « Πάμφαίνεσκε Μοσύχλ. . . . », vereor ne humani quid passus. Nam Regius cum Gottingensi in iis locis quos contuli prorsus consentiens, hæc ita ponit, Ἐρ. φ. αὐτοὶ ὄσοις κἀνθων (nimirum κἀν, superpositis θ et sigla ω) φαίν. etc., id est,

Εἰτέ (?) οἱ ὄσοι

ἐκ κἀνθῶν φαίνεσκε Μοσύχλαϊ φλογί ἴσον.

Alexandrini ὄσοι cum singulari struebant.

XXXVIII (75).

Herodianus Περὶ μονήρ. λέξ. p. 4, 10, postquam de accentu adjectivorum νηγάδος, δειμαλέος, etc., egit: Τὸ μέντοι δαιδάλεος τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν . . . καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ κονισάλεος·

Τὸ δ' αὐτ' ἀμφὶ κονισάλεον πεπονηάτο δῖφρον.

Καὶ ὄηλον ὅτι ἡ ἀναλογία ἰωμένη τῷ τοιοῦτῳ διαφύρου κινήσεως παρίσθησι τὰς λέξεις· ὡς ὅτι τοῦ δαι-

δάλεος καὶ κονισάλεος, κτητικῆ Ἰωνικῆ ἐστὶν ἐνδείξις τοῦ ι, ὁμοίως καὶ Ἐκτόρεος καὶ Νεστόρεος. Excerptis hæc Etymologus M. p. 261, 48 sqq., unde partem fragmenti sumpserat Schellenbergius. Τὸ scripsi ex Welckeri conjectura (de Cyclo ep. p. 104), ad Molionas (conf. ad fr. 16) hæc referentis. Editio τῆ. Cod. Taurin. omittit αὐτ'.

XXXIX.

Herodianus Περὶ διχρόνων in Crameri Anecd. vol. III, p. 296, 10, de correptione tertiæ personæ pluralis perfectorum loquens: 'Ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ·

Οἱ δὲ πάροιθε πόνοιο νενεύκασιν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ.

Ex eodem codice versus jam protulerat Bekkerus Anecd. p. 1436. Est etiam ap. Draconem Straton. p. 33, 10, et in excerptis Crameri An. vol. IV, p. 415, 23. Conf. ad Gregor. Cor. p. 166.

XL (64).

Etymol. M. p. 558, 25: Λαχμῶν, τῷ δασεῖ τῶν ἐρίων. Σέλευκος δὲ (in Homeri Odys. I, 445) ἀξιοῖ διὰ τοῦ ν γράφασθαι λάχνη, ὃ σημαίνει λάχνην. Ἀντιμάχος δὲ τῶν ἴππων τὸν λακτισμὸν· ὄον,

Λαχμὸν δ' οὐ δεῖδιεν ἴππων.

Hesychius: Λαχμῶν, ἵππειων λακτισμῶν.

XLI (62).

Idem p. 371, 21, v. Ἐρεχμῶς: Διωχμὸν λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς διὰ τοῦ χ καὶ ληχμὸν, ὡς Ἀντιμάχος·

Ληχμὸν δ' ἐμπάζεσθαι ἀλαίων.

Spohnius De extr. parte Od. p. 208, ληχμῶν, quo minime opus est. Hesychius: Ληχμὸν, λῆξιν.

XLII (24).

Plutarch. Quæst. Rom. p. 275, A: Διὰ τί τῷ τοῦ Κρόνου ναῦ χρώνται (Romani) ταμείω τῶν δημοσίων χρημάτων, ἅμα δὲ καὶ φυλακτηρίω τῶν συμβολαίων; . . . ἦ-ἔτι καρπῶν ἀρετῆς ἢ γεωργίας ἡγεμῶν ὁ θεός; ἢ γὰρ ἀρρη τούτου σημαίνει, καὶ οὐχ, ὡς γέγραφεν Ἀντιμάχος Ἡσιόδῳ παιθόμενος·

Ἀέχρις δὲ δρεπάνῳ τέμνων ἀπο μῆδεα πατρὸς

Ὀύρανοῦ Ἀκμονίδεω λάσιος Κρόνος ἀντιτέτυκτο.

Locus Hesiodi est Theog. 160 sqq., ubi fabula

37.

Mosychlus, mons ignivomus Lemni, ut apud Antimachum:

Vulcani flammæ similem, quam excitat deus summis in cacuminibus montis Mosychli.

38.

Ambo rursus circa pulverulentum currum operati erant.

39.

Hi vero ante laborem (pugnam?) innuerunt alius alii.

40.

Calcitratum non timuit equorum.

41.

Sortitionem curare evitans.

42.

Cur Saturni templo utuntur Romani loco ærarii, ibidemque contractuum monimenta asservant? . . . an quia deus ille fructuum virtuti atque agriculturæ præesse creditur? hoc enim falsè designat; non id quod Hesiodum secutus dixit Antimachus:

Hunc contra situs est hirtus, genitalia patris Acmonidæ Cæli Saturnus falce revellens.

de Cœli genitalibus a Crono filio exsectis. V. 1 recte Schellenbergius λέχρις (quod melius hoc loco quam λέχρια), i. e. *oblique*, ex πλαγίου, ut exponit schol. Apoll. Rh. III, 228. Codd. λέχρια. De Urano Acmonis filio conf. Eustath. p. 1154, 23, Alcmanis auctoritate utentem. Verbum ἀντιτέτυκτο si proprie accipiendum est, *Contra* vel *ex adverso structus fuit*, ostendere videtur describi ab Antimacho locum status ornatum.

XLIII.

Scriptor Vitæ Arati, in ἐξηγήσει ad v. 15 sq., Χαῖρε, πάτερ, ... αὐτὸς καὶ προτέρα γενεή, p. 441 Buhl. : Ἦτοι οἱ Τιτῆνες. Ἴσως καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ.

Γηγενεῖς τε θεοὺς προτερηγενεῖς τε Τιτῆνας.

Γηγενεῖς θεοὶ sunt Gigantes.

XLIV.

Chœrobosc. in Bekkeri Anecd. p. 1393 : Τὸ Ἀάδων (ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ) ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ἡ κέλινται ἀναλόγως, ὡς «Λάδωνος.» Conf. Pausan. VIII, 25, 4.

Præter hæc in Thebaide locum habere poterant fragmenta incerta 66, 69, 71, 73, 80, 84, 90, 111, quod in ipsis ostendi.

ΑΥΔΗ.

Antimachus Lydes amore correptus Colophone relicta in Lydiam, fortasse Sardibus ipsis habitatum abiit. Inde post mortem illius in patriam rediit et dolorem elegiarum libris scribendis solabatur. Narrat hoc Hermesianax in celeberrima Elegia, v. 41 sqq. :

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Λυσηίδος ἐκ μὲν ἔρωτος

πληγῆς Πακτωλοῦ ρεῦμα' ἐπέθη ποταμοῦ.

Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρῆν θέτο γαῖαν,

Τμώλιον αἴλαον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπῶν

ἔκρην ἐς Κολοφῶνα, γόων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους

ἱράς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Et Plutarchus Consolatione ad Apollonium p. 106, B : Ἀντίμαχος ὁ ποιητὴς, ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε,

παραμῦθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλέγειαν τὴν καλουμένην ἈΥΔΗΝ, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην. (Conf. etiam Athen. XIII, p. 597, A). Hoc carmen amore Antimachi et Lydes sæculorum memoriæ commendavit : v. Ovid. Trist. I, 6, 1 ; Posidippum in Anthol. Pal. XII, 168, Asclepiaden ibid. IX, 63 ; sed huius ipsa verba referenda sunt :

Λύδη καὶ γένος εἰμι καὶ οὐνομα, τῶν δ' ἐπὶ Κόδρου
σημνοτέρα πασῶν εἰμι δι' Ἀντιμάχου.

Τίς γὰρ ἐμ' οὐκ ἔτισε ; τίς οὐκ ἀνελλέξατο Λύδην

τὸ ξυτὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου ;

Non effugit tamen hoc carmen quantumlibet celebratum notam acrimoniam Callimachi, *crasum et minime acutum* vel *elegans* dicentis. Schol. Dionysii Perieg. init. p. 317, 21 Bernh. : Ὅτι δὲ διαβέβληται τὸ παχὺ, σαφῶς ὁ Καλλιμάχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι δηλοῖ· διασύρων γὰρ Ἀντιμάχου τὸ ποιημὰ τὴν Λύδην, ἔφη (fr. 441).

Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορὸν.

Desunt reliqua epigrammatis, in quibus Platonis de Antimacho iudicium Callimachus perstrinxisse videtur ; probabiliter hoc colligas ex Procli verbis supra p. 29 init. appositis.

Næcius de Chœrolo p. 73 : « Quod ad elegiam attinet, non dubito quin, quam vim Thebais Antimachi in epicam poesin, eandem fere Lyde in elegiam exseruerit. Ille primus antiquam elegiæ simplicitatem, a Callino, Mimnermo, Tyrtao præscriptam, temerasse, præclaro exemplo, dispositionem artificiosiore, sed eandem molestiorem, doctrinæ quum in rebus, tum in dictione ostentationem intulisse in hoc poseos genus videtur. Quod quidem cum Lyda omnibus conditionibus comparari posset, elegiacum carmen fortasse nullum usquam exstitit, si forte Hermesianactis Leontium exceperis : ac non maximo in honore fuisse apud Alexandrinos mirum illud Antimachi carmen, certe apud Callimachum non fuisse, ostendit illius fr. 441. Nihilominus cer-

43.

Deos ex terra natos et prius genitos Titanas.

44.

Ladonis (*Arcadiæ fluvii*).

LYDE

Lydes, Lysei filie, amore percussus Antimachus ad Patoli fluvia tendit. Ubi quum defunctam sub Sardiana arida terra composuisset, Tmoli arce relicta, profectus est in altam Colophonem ; et libros sacros querelis implevit, sic ab omni dolore sanatus.

Hoc genere animum demulcendi usus est etiam Antimachus poeta : quum enim morte amisisset Lyden uxorem, quam admodum caram habuerat, lenendi doloris causa elegiam scripsit LYDEN dictam, in qua enumeratis heroum et heroinarum calamitatibus, alienorum malorum commemoratione suum mororem deterabat.

Asclepiadæ epigramma.

Sum Lyde genus et nomen, magis inclyta Codri progenie cuncta facta per Antimachum.

Quis non me cecinit ? quis non Lyden recitavit, communem Musarum Antimachique librum ?

tum est illas, quas Antimachi Lydæ ascripsi, virtutes, sive malis, vitia, in Callimachi et Philetæ elegia passim, ne dicam perpetuo, occurrise. Et profecto, præ aliis poseos generibus, elegia hoc habet ut variis formis, hoc ævo docta, illo simplex, vel eodem ævo, apud hunc poetam docta, apud illum simplex placeat. » Quæ postrema scribenti Nækio popularium poetarum admirabilia exempla sine dubio obversabantur. Ceterum in illis ἠρωϊκαῖς συμφοραῖς enarrandis Antimachum non brevius quam in Thebaide versatum, sed otiose per singula mythorum deambulasse, nec amores modo infelices heroum pinxisse, fragmenta demonstrant. Quare Agatharchides Coidius, sæculo fere ante res Christianas, tam dives mythicæ doctrinæ opus in compendium pedestri oratione scriptum redegit, teste Photio Bibl. cod. 213, p. 171. Ceterum commendamus quæ de hoc carmine scite disseruit Welckerus de Cyclo ep. p. 108.

Antimachi Lyden inter Romanos imitatus est C. Proculus, quod didicimus ex Appuleii qui fertur libro de Orthographia, § 43 : *Battus ... fuit ... Polymnesti filius, qui Cyrenen condidit; unde Cyrenenses poetæ dicuntur Battiadæ Herodotus et Proculo et Proclo Pindari (Pythic. V, 36) enarratoribus* * * *Callimachus* * * *Strabo item; sed et C. Proculus Antimachum secutus in opere quod de Lyde et ipse habet centum et quadraginta elegorum libris; unde «latus Antimachus» C. Melisso in libris Jocorum dicitur sic* * * Rectissime Osannus *Antimachum* bis substituit *Callimacho*, qui legitur in codice. Idem egregie observavit, Catulli *tumidum Antimachum*, de quo supra mentionem fecimus, non de ipso Antimacho intelligi debere, sed de imitatore ejus Proculo. Minime obstat Osanno Ovidianum illud (Ep. ex Ponto IV, 16, 32),

Callimachi Proculus molle teneret iter.

De numero librorum Lydes latinæ incerta res est: non desunt in codice illius opusculi manifesta glossarum et transpositionum exempla; quare ne *centum et quadraginta* libri Ineptiarum vel Jocorum Melissi fraudem huic loco intulerint verendum est. Totum segmentum posui, quod doceret poetam Græcum Batti quoque res in Lyde tetigisse, nisi verba *Antimachum secutus* ad ipsam scriptionem probabilius referrentur:

45.

Dotias..... Et Antimachus libro secundo Lydes :
Fugientes ex terra Dotiade.

46.

Orgeones Solencus in commentariis de legibus Solonis

sed poterat etiam ab exemplari suo hæc sumpsisse. Certior res est in altero loco, § 4, qui pro fragmento Antimachi haberi debet : *Rhæo, filia Staphyli et Chryseidis* (leg. videtur *Chrysothemidis*), *sororibus Molpadia major, Parthenia minor; quæ ab Apolline compressa gravidaque facta, a patre in arca inclusa est, et in mare dejecta, in Delum appulit, filiumque genuit nomine Anium, qui clam ab Apolline alitus et divinitate donatus est. ... C. Proculus in sua Lyde, et Sextus Gracchus in libris Amorum historiam elegantissime exornarunt.*

XLV (34).

Stephanus Byz. v. Δώτιον, p. 114, 27 : ... και Δωτιάς, ὡς Ἰλιάς τοῦ Ἰλίου. ... Καὶ Ἀντίμαχος ἐν β' Ἀύδης·

Φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωτιαδος.

Δωτιάς γαῖα, ab aliis fere Δώτιον πεδίον dictum, in media prope Thessalia situm erat, Perrhæbia, Ossa et Bœbeitide palude propinquis, teste Strabone IX, p. 442 (674). Verba ipsa ad Thessalos cum Triopa, Helii filia, in Cnidum emigrantes (Diodor. V, 61, Bœckh. ad Pindari schol. p. 314 sq.) retulerunt Schellenb., Weberus (Eleg. Græc. p. 653 sq.) et alii.

XLVI (36).

Photius Lex. p. 344, v. Ὀργεῶνας : Σέλευκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σάλωνος ἀξόνων ὀργεῶνας φησι καλεῖσθαι τοὺς συνόδους ἔχοντας περὶ τινὰς ἥρωας ἢ θεούς· ἤδη δὲ μεταφέροντας καὶ τοὺς ἱερεῖς οὕτω καλοῦσιν· ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Αὐδῇ γ'·

Ἐνθα Καβάρους θῆκεν ἀγακλίας ὀργεῶνας.

Codex Ludhæi· Γενεαὶ καβάρους θ. ἀγακλίας ὀργεῶνας. In verbis ita ut scripsimus ponendis consentiunt Friedemannus De media syll. pent. p. 344, Bœckhiius in Corp. inscrr. vol. 2, p. 347, J. H. Vossius ad Hymn. in Cer. p. 150. Similiter corruptus locus est ap. Suidam v. Ὀργεῶνας. Eum respicit Harpocr. in Ὀργεῶνας. Hesychius : Κάβαροι, οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. Parios insula ipsa olim Κάβαρνος dicta, teste Stephano p. 225, 38, ἀπὸ Καβάρου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἀρπαγὴν τῇ Δήμητρὶ τῆς θυγατρὸς. Conz Welcker. Trilog. Æsch. p. 221. Apparet igitur ex hoc versu, raptum Proserpinæ narratum fuisse in Lyde.

vocari dicit eos qui conventus habent ad heroes quosdam vel deos: nunc autem translate sacerdotes ita vocant. Antimachus in tertio libro Lydes :

Ibi (Ceres) Cabarnos posuit (sibi) claros sacerdotes.

Cabarni apud Parios vocantur sacerdotes Cereris.

XLVII (34).

Schol. Euripidis Phœn. 44 : Ὅτι δὲ Πολύδωρ (OEdipus) ἔδωκε τοὺς ἵππους καὶ Ἀντίμαχος φησὶν ἐν Λύδη·

Εἶπε δὲ φωνήσα· Πόλυβε, θρεπτήρια τούσδε
ἵππους τοὶ δώσω δυσμενέων Ἰάσας.

Sunt equi Laii. Euripides :

Παῖς πατέρα καίνει, καὶ λαθὼν ὀρχήματα
Πολύδωρ τροφεὶ δίδωσιν.

Ubi v. notam Valckenarii. Codices (etiam Parisinus antiquus) θρεπτήρια τάδε, quod in ταῦτα mutarunt Barnesius et Valck., amplectitur et tenet crisis Bachiana. Malui τούσδε, quod et per se melius est et commendatur frequenti permutatione siglarum ου et ους cum α apud librarios. Ceterum apparet ex hoc disticho res OEdipi vel partem rerum ejus per singula tractatas fuisse in elegis Antimachi.

XLVIII (25).

Athen. XI, p. 469, F : Ὅτι καὶ ὁ Ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Στησίχορος μὲν οὕτω φησὶν ... καὶ Ἀντίμαχος οὕτως λέγει· « Τότε δὲ εὐχρέω ἐν δέπαι Ἥλιον πομπῆ ἀγακλυμένη Ἐρύθεια. » Sic cod. Marcianus, πομπῆ. Quod quum facile oriri posset ex πόμπου cum affixa sigla εν et maxima cum probabilitate restituerint κόμπουεν Jacobsius et Schweighæuserus, deinde quoniam verba ἐν δέπαι, finis pentametri, vitii suspicione nulla premuntur, ego quoque ad Lyden hoc fragmentum retuli, cum Jacobsio Animadv. ad Athen. p. 252 itascribens,

Τότε δὲ *εὐχρέω* ἐν δέπαι
Ἥλιον κόμπουεν ἀγακλυμένη Ἐρύθεια·

licet idem in alia abierit posterius, in Append. Advers. Porsoni p. 320, ad Anthol. III, 3, p. 845. Sed vocabulum εὐχρέω sanum esse, ut Schweighæuserus vult, mihi non persuadeo : etiam Jacobsius, qui olim probaverat ad Athen., deinde εὐχρόσω δέπαι ᾧ scripsit. Aureum illud poculum est

etiam apud Mimmermum et Pherecydem (schol. Apollon. IV, 1396). Ansana exempli hiatus in media sede pentametri Friedemanno possint opponi, ignoro. Blomfieldi conjecturas silere præstat

XLIX (37).

Etymol. M. p. 375, 40 : Ἐρκτωρ, ὁ πρακτικῆς Ἀντίμαχος·

Ὅσοι σὼν μεγάλων ἔρκτορες εἰσὶ κακῶν.

Sic Valckenarius ad Eur. Phœn. p. 607, indicio codicis Leidensis, qui οἱ τῶν μ. Editiones nihil nisi τῶν μεγ. ... præbent.

L (57).

Schol. Apollonii Rhod. I, 1008 : Δύπειν ἔστι τὸ δύνειν, ὡς παρὰ Καλλιμάχου ... Πρώτερος δὲ Ἀντίμαχος·

Ἦντε τις καύηξ δύπησιν ἐς ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Sic egregia conjectura restituit Janus Rutgersius, qui hoc legeret in antiquo scholiasta, ἦντε καύηξ δύνη ἐς ἀλμ. πηλαγος. Parisinus, ἦντε κ. δύπει εἰς ἀλμ. ὕδωρ, pro quo οἶδμα posuerat Rutgersius. Emendationem probarunt et contra minus felices tuiti sunt Wolfius Epist. ad Schellenh. p. 125 sq. et Schneidewinus ad Ibycum p. 69. Ceterum ad Lyden Schellenbergius retulit hoc fragm. eo argumento, quod alibi scholiasta Apollonii unum hoc carmen ad partes vocet. Cujusmodi argumentum ut in ceteris valet quæ ad res Argonautarum spectant, ita non valet in notatione grammatica. Reliquimus tamen fragmentum.

LI (38).

Idem ad I, 211 : Ζήτης αὖ Κάλαις τε] ... Καταλέγει δὲ τούτους καὶ Ἀντίμαχος, inter Argonautas, quorum expeditionem in Lyde relatum fuisse sequentia fragmenta ostendunt.

LII (39).

Idem ad I, 1290 : Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδη φησὶν ἐκθιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα (ex Argo navi), διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὸν ὑπὸ τοῦ ἥρωος. Conf. schol. Pindari Pyth. IV, 303.

47.

Laii occisi equos ab OEdipo datos esse Polybo, narrat Antimachus in Lyde :

Allocutus est eum his verbis : Polybe, nutritionis mercedem hos tibi dabo equos, quos ab hostibus abegi.

48.

Solem etiam ab ortu ad occasum vehi in poculo, Stesichorus ait..... Et Antimachus ita scribit :

Tunc vero commodo (P) in poculo

Solem magnifice accessivit illustris Erythea.

49.

Quotquot tuorum malorum magnorum sunt auctores.

50.

Velut quando mergus aliquis se immergit in salsam aquam (maris).

51.

Etiam Zeten et Calain inter Argonautas refert Antimachus.

52.

Antimachus in Lyde narrat, Herculem ex Argo nave exire jussum, quia pondere suo heros eam gravabat.

LIII (43).

Idem ad III, 409 : Καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους τοὺς ταύρους ἀπεφίνατο. Parisinus schol. χαλκόποδας, calami lapsus : nam χαλκόποδες sunt apud Apollonium. Schol. Pindari Pyth. IV, 398 : Τοὺς πυρίπνους ταύρους Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους λέγει. De tauris quos Æetes Iasonem sub jugum mittere jussit. Mirum neque Schellenbergium neque Bachium in hoc vocabulo, quod consensu præbent testes duo, cogitasse de metro elegiaco talem mensuram repudiante. An poeta Æschylea voce usus fuerit ἡφαιστοτεύκεις ?

LIV (44).

Idem ad IV, 156 : Ἐν τοῖσι δὲ καὶ τοῖς ἐφεξῆς φησὶ τὴν Μήδειαν ἐπιβραίνουσαν ἀρκεῦθω τὸ φάρμακον κοιμίσει τὸν δράκοντα, ἐπέδουσαν, καὶ οὕτω τὸ κῶας ἀνελεῖσθαι· καὶ χωρῆσαι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν ναῦν, κοιμωμένου τοῦ θηρίου· συμφώνως Ἀντίμαχῳ.

LV (46).

Idem ad IV, 1153 : Ἰστέον ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρα τοὺς γάμους (Iasonis et Medææ) ἀγθῆναι ... Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι αὐτῇ φησὶ τὸν Ἰάσονα. Verba ἐν Κόλχοις ex Parisino scholiasta accesserunt : unde solvitur Schellenbergii dubitatio de flumine. Est Phasis.

LVI (45).

Idem ad IV, 259 : Ἡσιόδος δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίαις, καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ Πικρανοῦ φησὶν ἔλθειν αὐτοὺς (Argonautas) εἰς Λιθύην, καὶ βασιτάσαντας τὴν Ἀργῶ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλταρος γενέσθαι.

LVII (41, 42).

Idem ad II, 296 : Στροφάδες (insulas) φησὶ κεκλήσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορέαδας (Zeten et Calain)

αὐτόθεν ὑποστρέφαι, στραφέντας εἰς τοῦπίσω· λαβὼν παρὰ Ἀντίμαχου (οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ Λύδῃ περὶ αὐτῶν μέμνηται). Οἱ δὲ Στροφάδες φασὶν αὐτὰς κεκλήσθαι, καθὼ ἐπιστραφέντες ἤσαντο τῷ Διὶ καταλαβεῖν τὰς Ἀρπυίας· κατὰ δὲ Ἡσιόδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται. Quæ parentheos signis cinguntur, ex Parisino schol. accessere.

Idem ad seq. v. : Αἱ πλωταὶ νῆσοι μετωνομάσθησαν Στροφάδες. Μémνηται αὐτῶν καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.

LVIII (40).

Idem ad II, 178 : Ἀγήνορος παῖς ἐστὶν (Phineus), ὡς Ἑλλάνικος· ὡς δὲ Ἡσιόδός φησι, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιόπειας. Ὅμοιος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεικῆς φησὶν. Ἐκ γὰρ Κασσιόπειας τῆς Ἀράβου Φοίνικι γίνεται Κλιξ καὶ Φινεύς καὶ Δόρικος. Eadem valde depravata ap. Eudociam p. 414.

LIX.

Schol. Venetus Hom. Iliad. Z, 200 : Ἐπειδὴ τὰς μὲν εὐτυχίας εἰώθασιν ἀναφέρειν εἰς τὴν θεοφιλίαν, τὰς δὲ δυστυχίας εἰς ἀπέχθειαν θεῶν, τὴν μεταβολὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ Βαλλεροφόντου εἰκότως εἰς ἀπέχθειαν θεῶν ἀνατίθειεν (Homerus). Ὅτι δὲ πολλή τις ἢ κατ' αὐτὸν μεταβολὴ γέγονε, δηλοῖ ἃ καταλέγει δυστυχήματα αὐτοῦ. ... Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ, ὅτι τοὺς Σολύμους ἀνεῖλε θεοὺς ὄντας προσφιλεῖς, διὰ τοῦτο μισηθῆναι αὐτὸν φησὶν ὑπὸ τῶν θεῶν.

LX.

Schol. Palat. Hom. Odys. E, 283 : Οἱ Σόλυμοι ὀνομάσθησαν ἀπὸ Σολύμου τοῦ Διὸς καὶ Καλχηδονίας, ὡς Ἀντίμαχος λέγει.

53.

Taurus Æetæ Antimachus in Lyde « ab Vulcano factos » scripsit.

54.

Apollonius in eo consentit cum Antimacho, ut narret Medeam junipero aspersisse medicamentum, atque ita cum incantamentis sopiisse draconem, et abstulisse vellus; tum, dormiente bellua, ambos in navem concessisse.

55.

Timæus in Corcyra insula factas esse nuptias Iasonis et Medææ narrat; in Colchis illos prope fluvium (Phasidem) coisse, Antimachus in Lyde.

56.

Præter Hesiodum et Pindarum Antimachus quoque in Lyde narrat Argonautas per Oceanum descendisse in Libyam, et deinde humeris vecta Argo in nostrum mare venisse.

57.

Strophades insulas, quum Plotæ oriis dicerentur ita

vocatas ob Boreæ filios, Zeten et Calain, qui ab ea regione se retro vertissent (quod græce est στραφῆναι, unde στροφή, Στροφάδες), narrat Apollonius, ab Antimacho acceptum, qui in Lyde illarum meminit. Alii hanc rationem attulerunt, quod ad Jovem conversi petissent ut Harpyias perdere ipse contingeret. Ceterum apud Hesiodum, Antimachum et Apollonium Harpyiæ non occiduntur.

58.

Phineus Hesiodo est filius Phoenicis, Agenoris et Cassiopeæ filii. Similiter Asclepiades, Antimachus, Pherecydes referunt. Nam ex Cassiopeæ, Arabi filia, nascuntur Phoenici Cilix, Phineus et Doriclus.

59.

Bellerophontis infortunia Antimachus in Lyde inde accidisse dicit, quod Solymos exciderit, (Lyciæ) gentem diis amicam : hinc ipsum odio fuisse diis.

60.

Solymos vocatos esse a Solymo, Jovis et Calchedoniæ filio, Antimachus dicit.

LXI.

Schol. Homeri II. Γ, 144, Κλυμένη δὲ βοῶπις, Helenæ ἀμφίπολος : Ἀντίμαχος δὲ τὴν Κλυμένην Ἰππάκου θυγατέρα εἶναι φησιν. Quod in Lyde factum esse puto, in qua Antimachum res Helenæ siluisse non est probabile.

Ex incertis fragmentis ad Lydam pertinere possunt 75, 79, 86, 105 et 109, ubi vide annotata.

ΔΕΑΤΟ.

LXII (49).

Athenæus VII, p. 300, D : Καὶ περὶ τὸν Εὐλαῖα ποταμὸν (esse anguillas), ὃ μνημονεύει Ἀντίμαχος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Δελτοῖς οὕτως :

Ἐλθὼν Εὐλαίας πηγὰς ἐπι δινθέντος.

In verbis Athenæi codd. εὐκλέα, quod correxit Schweighæuserus; in fragm. Marcianus et Laur. recte, vulgo εὐκλαίας. Fluvius ignotus. Schweighæuserus cogitavit de Eulæo (Εὐλαίω), Mediæ Persiæque fluvio.

Dubitari potest ab Antimachone ipso inscriptum illi libro fuerit Δελτοί, *Pugillares*, an ab eo qui scripta poetæ collegit (συνέλεξε : v. supra p. 29), congestis ibi quæ non edita in pugillaribus ejus invenisset. Neque argumenta superesse videntur quibus permotus in alteram utram partem magis inclines. Conferri poterit scriptum Callimachi Γραφεῖον dictum, cujus notitiam cum fragmento aliquot versuum nuper ex codice eruere mihi contigit, Καλλιμαχος ἐν τῷ καλουμένῳ γραφῶ (sic).

ΚΑΤΑΧΗΝΗ.

De hoc scripto Theodori Bergkii est dissertatio, in Zimmermanni *Zeitschrift f. d. Alterthumsw.* 1835, n. 37, p. 300 sq., quam apponimus compendifactam.

* Spartianus in Vita Hadriani cap. 15 : *Famæ celebris tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ scriptos a se libertis suis literatis dederit, jubens ut eos suis nominibus publicarent : nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur. Cutacrianos*

libros obscurissimos, Antimachum imitando, scripsit. Quam imitationem in uno dicendi genere constituisse non est credibile : imo prorsus non dubito quin imperator etiam in argumento et inscriptione operis Colophonium poetam sit secutus. Jam vero facile quilibet intelligit, neque de Thebaide neque de Lyde cogitari posse. Ipsa autem literarum vestigia *catacacmos, catacannas*, etc., aperte produnt Spartianum scripsisse : « *Catachenas*, libros obscurissimos, Antimachum imitando scripsit. » Institutum igitur horum librorum fuit irrisio etque objurgationi aptatum : id enim significat *καταχίγη*. ... [V. Thesaur. HSteph. s. ea v.] Superest illud, ut demonstrare coner etiam Antimachum libros et argumento et titulo similes edidisse. Ac videor mihi reperisse hujus rei non obscura vestigia.

LXIII (50).

In Etymol. enim M. p. 4, 7, hæc leguntur : Ἄβολήτωρ ... Ἀντίμαχος Ἰαχίγη. « Τοὶ δ' ἄρ' οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἴασιν » ἀπὸ τοῦ μάρτυρες, συνηλαχότες καὶ συντυχόντες. Οὕτω Φίλων εἰς τὰ ῥηματικὰ αὐτοῦ. Quæ hoc modo corrigere tentavit Blomfieldus : Ἀντίμαχος Ἰαχόντι δ' ἄρ' οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἴασιν quæ conjectura non unam ob causam improbanda est *. Credo me non aberrare a vero, si ita potius corrigam : Ἀντίμαχος Καταχίγη.

Τοὶ δ' ἄρα οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἴασιν.

Antimachus utrum unum an plures libros sic inscripserit, non audeam decernere : potuit enim hac in re Hadrianus a Colophonio poeta recedere. Hanc meam conjecturam alia quoque confirmare videntur : sunt enim quædam inter reliquias Antimachi, quæ neque in Thebaide, neque in Lyde locum commodum tenere videantur. Vide enim illud quod Herodianus Philet. p. 439 (398 Lips.) Mœridis Piers. ex Antimacho profert :

* Mihi quoque improbabatur illa conjectura in præfat. ad Statium Collectionis Panconckianæ, p. VI, ubi melius, opinor, tentabam : Ἀντίμαχος.

Ἰναχίδαι δ' ἄρα οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἴασιν.

61.

Clymenen (Helenæ famulam) Hippalcj filiam esse dicit Antimachus.

PUGILLARES.

Euleæ fluvii meminit Antimachus in libro qui inscribitur *Pugillares* :

Quum venisset ad Euleæ fontes vorticosi.

CATACHENE.

62.

Hi autem sunt illi testes (s. conciliatores) viri.

LXIV (77).

Ἐννεάμυκλος ὄνος παρὰ Ἀντιμάχῳ. Ὄνου μύκλαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τοῖς σκέλαισι τῶν ὄνων περιγραφαί. Hæc enim a dignitate epici pariter atque elegiaci carminis abhorrent. Tzetzes quidem ad Lycophr. v. 771 et Etymologus M. p. 594, 20, hæc, sed auctiora, tribuunt Callimacho :

Ἔστιν μοι Μάγνης ἔννεάμυκλος ὄνος.

Ego vero censeo illos grammaticos sive potius librarios Callimachi nomen notissimum substituisse Antimacho, cujus memoria multo fuit obscurior, quod vel Xiphilinus LXIX, 4, satis superque indicat : Τὸν γοῦν Ὀμηρον καταλίωσεν Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγεν, οὐ μὴδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Credo autem illum ipsum versiculum ex Catachene petatum esse : ut enim Callimachi illud carmen, quod inscribitur *Ibis*, fuit elegiacum, sic hoc quoque ex distichis constituisse non abhorret a probabilitatis specie : nisi forte quis malit hunc pentametrum ad Δελτους referre. »

Hesych. : Μύκλαι, αἱ περὶ τὰ σκέλη καὶ ἐν τοῖς ποσὶ καὶ ἐπὶ νώτου τῶν ὄνων μέλαιναι γραμμαί. HSteph. Thes. : « Ἐννεάμυκλος Hesychio ἔνναετης, ἰσχυρὸς, Novem annorum, Robustus et validus. Forsitan autem exponitur ἔνναετης, quoniam ex μυκλῶν numero cognoscebatur annus; et ἰσχυρὸς, quia talis habebatur qui multas haberet μύκλας. »

FRAGMENTA INCERTA.

LXV (22).

Tzetzes ad Lycophr. 245 : Χρησμός ἦν δοθεὶς τοῖς Ἑλλησι, τὸν προσηδήσαντα τῶν Ἑλλήνων κατὰ τῶν Τρώων ἐκ τῶν ἐλαδέων πρώτον τῶν ἄλλων ἀποθανεῖν. Προσηδήσαντος δὲ τοῦ Πρωτεσίλαου καὶ ἀναίρεθέντος ὑφ' Ἐκτορος ἢ ἐτέρου τινός, δ' Ἀχιλλεὺς τῷ τούτου παθήματι παιδευθεὶς, ἕτερον ἀπάντων τῆς ἰδίας νεὸς πηδήσας πλήττει τὴν γῆν, καὶ ὕδωρ ἐξ αὐτῆς, ὡς φασιν, ἀνεδόθη. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀντιμά-

64.

Apud Antimachum, « Asinus cum novem myclis » (lincis nigris).

Est mihi Magnes asinus novem myclorum.

FRAGMENTA INCERTA.

65.

Oraculum datum fuerat Græcis, fore ut qui primus Græcorum ex navibus in terram Trojanam prosiliisset, is ante omnes occumberet. Quam igitur Proteus, hoc facere ausus, ab Hectore aut alio quodam obtruncatus esset, Achilles, huius calamitate edoctus, ex sua nave

χος λέγων οὕτως (alii codd. ἐξ αὐτῆς ἀνεδ., ὡς φησὶ καὶ δ' Ἀ.)

Ἐπίμα δ' ἐπ' ἠπειροῖο μελαίνης ὑψός' ἀερθεὶς Πηλεΐδης ἀπόρουσεν ἑλαφρότερ' ἤτε κίρκος· τοῦ δ' ἔμπροσθε ποδῶν κρήνη γένητ' ἀνεύουσα.

V. 1 Schellenb. ἐπ'. Codd. (etiam 3 Parisini) ἀπ'. V. 2 Vit. 2 ἐπόρουσεν. Deinde edebatur ἑλαφρὸς ἤτε κ., quod emendavit Hermannus ad Eurip. Androm. 1108; cujus loci notitiam Fixii benevolentiae debeo. De ἤτε pro ἢposito v. Buttmann. Lexil. vol. II, p. 229 sq. Circus, ex accipitrum genere, Homero est ἑλαφρότατος πετηνῶν, II. X, 139. — Nec Lydes esse nec Thebaidis hoc fragmentum apparet. De re Schellenbergius confert Eustathium ad II. B, 698, Ὑπέτραισεν (Achilles) κατὰ τινὰς, καὶ τελευταῖος εἰς γῆν κατεπήδησεν.

LXVI (57).

Scholiasies Nicandri Theriac. 295 : Πλόον, ὡν τὴν ὁδὸν τὴν πεζὴν, τὴν πορείαν. Καὶ Ἀντιμάχος εἶπε·

Τοῖσιν δ' ὄληντα διὰ πλόον ἐρχομένοισι.

Editur τοῖσι δ' ἀν ὄλ. Lucian. Ver. hist. II, 42, de ficta navigatione per cacumina silvæ in medio mari inventæ : Θόντες (navem) ἐπὶ τῶν κλάδων, πετάσαντες τὰ ἱστία καθάπερ ἐν θαλάττῃ ἐπλόομεν τοῦ ἀνέμου προωθούντος ἐπισυρόμενοι. Ἐνθα δὲ καὶ τὸ Ἀντιμάχου τοῦ ποιητοῦ ἔπος ἐπισηθῆθε· φησὶ γάρ που κάκαιος·

Τοῖσιν δ' ὄληντα διὰ πλόον ἐρχομένοισι.

Id est διερχομένοισι, « fortasse per Cithæronem. » Schellenb.

LXVII (60).

Epimerismi Hom. ap. Cramer. Anecd. vol. 1, p. 401, excerpta ib. vol. II, p. 329, 10, et Etym. M. p. 770, 10 : Κοῖα σημαίνει τὴν σφαίραν· ἢ χρῆσις παρὰ Ἀντιμάχῳ·

Κοῖας ἐκ χειρῶν σκόπελον μετὰ βριπτάζουσιν.

prostremus omnium desiliit, et saltu suo terram ita percussit, ut fontem emisisset feratur. Testatur Antimachus his verbis :

Alacriter in nigram terram, sursum elatus, Pelides navi desiliit pernicius quam circus; cujus ante pedes fons ortus est jugis.

66.

Πλοῦς (navigatio) de terrestri itinere dixit Antimachus : His silvestrem navigationem peragentibus, id est, « iter per silvas. »

67.

Pilas ex manibus in scopulum conjiciunt.

Sic hæc scripsit Spohnius De extrema parte Odys. p. 208, recte. Omnes μεταριπτόζουσιν, et mirabili consensu ἐκ χειρῶν εἰς σκόπ., excerpta εἰς κόπελον. Εἰς removerat jam Schellenberg. Hesy-chius, ex hoc versu, ut videtur: Κόλας, σφαίρας, ἅ λήθους.

LXVIII.

Schol. Homeri II. Ψ, 845: . . . καλαῦροφ. Καὶ Ἀντίμαχος·

Πάντες δ' ἐν χεῖρεσσι καλαῦροπας οὐατοέσσας εἶλον.

Editur Dion.

LXIX (58).

